BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
A
44
NAPOLI

XLVI.
A.
56.


Hiſt. Sacr.
Hiſt. Pro fana
VNIVERSÆ
HISTORIA
cum Sacra,
tum profana
IDEA
Ad Annum ſeculi
noſtri LXX dedu
cta. et jam 3. edita
Cum præfatione de
Syſtemæ Conſtitutione
Studio et opera
IOHANNIS BUNONIS
Hiſtor. Prof.
GUELPHERBYTI,
Impenſis
Conradi Bunonis
M. DC. LXX.

# Univerſæ Hiſtoriæ
# Cùm SACRÆ tùm PROFANÆ
# IDEA
# à Condito Mundo ad
Annum ſeculi noſtri LXX. deducta, & jam tertium paulo locupletius edita.

*Cum Præfatione duplici; quarum una regnum Daniæ ab antiquis temporibus fuiſſe hereditarium oſtendit: Altera verò de Hiſtoriæ agit conſtitutione.*

Studio & opera,
JOHANNIS BUNONIS
in illuſtr. Gymn. Luneb. Hiſt. P.P.

GUELFERBYTI,
*Sumptibus CUNRADI BUNONIS.*

Typis PAUL Weiſſe.
M DC LXX.

NAPOLI

*SERENISSIMO*
REGNORUM DANIÆ ET
NORVEGIÆ
# PRINCIPI HE-
# REDITARIO,
*DOMINO*
# CHRISTIANO
# SEXTO,
SLESVICI, HOLSATIÆ,
STORMARIÆ & DITHMAR-
SIÆ DUCI,
OLDENBURGI AC DEL-
MENHORSTI CO-
MITI,
*PRINCIPI ac DOMINO*
*MEO CLEMENTISSIMO*
D. D. D.

JOH. BUNO.

## SERENISSIME PRINCEPS,

DUO potiſſimum animadvertimus eſſe genera hominū, qvi de Rebuspub. bene merentur: unum, qvod benefaciēdi: alterum quod bene dicēdi ſtudioſum eſt. Quorum illud in præclaris rebus gerendis: hoc vero in iis, qvæ præclarè geſta ſunt, memoriæ prodendis, occupatum eſt. Utrumq; ſane pulcrū, probatum & laudabile merito habetur. Impar equidē gloria conſequitur Scriptorē & Actorem rerum. Quod major ple-

rumq; eorum habetur utilitas, qui fecêre; quàm qui aliorum facta ſcripſêre: Sed tamẽ & maxime utile, & ſum̃è neceſſariũ eſt hominum clariſſimorum res geſtas memoriæ tradere; literarumq́ve monumentis ad poſteritatẽ tranſmittere. Quoniam ea cùm ipſis Heroibus, quorum facta ad memoriam propagantur, ampla, decora, & honorifica ſunt: tum vero aliis etiam, qvi legunt & cognoſcunt, hoc maximum & periculorum & laborum, adeoqve virtutis incitamentum eſt.

Quippe C. Salluſtius Criſpus, præclarus autor, in bello Jugur-

Jugurthino tradit, ſe ſæpe audiviſſe Quintum Maximum, Publium Scipionem, præterea civitatis Romanæ præclaros viros ſolitos ita dicere: *Qvum majorũ imagines intuerẽtur, vehementisſimè ſibi animũ ad virtutem accendi.* Scilicet non ceram illam, neq; figuram tantam vim in ſeſe habere; ſed memoria rerum geſtarum eam flam̃am egregiis viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quàm virtus eorũ famam atq; gloriam adæquaverit. Neque vero illa rerum geſtarũ memoria hoc tantùm præſtat lectori ſuo, ut ad virtu-

tem animum ejus inflammet, & à vitiis abſterreat; Verùm etiam Artem & Diſciplinam regendi & militãdi exhibet; præterita cum præſentibus comparando, alieno damno ſapere, & præcepta ad vitam cum publicè, tùm privatim bene, feliciter & prudenter gerẽdam ſalutaria decerpere docet magiſtra vitæ optima & experientia tutiſſima. Continet enim illa ſapientiam cùm divinam, tum humanam omnem. Ibiq; mens noſtra reperit & cognoſcit Gentium & ætatum omniũ geſta, Religionum Gentilium vanitatem, veræ Eccleſiæ vices & per-

&perpetuitatem. Imperiorum & Rerump. ſtatus, ortus, progreſſꝰ, viciſſitudines, decurſus, exitus & mutationes, earumq́; cauſas & occaſiones apertè tradit. Adeoq́; ut eorũ opera, qui Heroũ præclare & publice geſta literarum cõſecrant monumentis, Reip. maxime utilis, & ſumme reperiatur neceſſaria. Qvam ego cauſam puto, qvod olim Herculi & Muſis comũnis apud Delphos facta fuerit ara. Quum honeſtum & liberale ducerent homines ſapientes Muſis Martis manubias quaſi conſecrare, & virtutem ſumorum Principum famæ & glo-

gloriæ adæquare amplitudini. Fuit equidem utriusque generis hominum, tam illorum, qui præclara facerent; quàm eorũ, qui præclarè & fortiter facta memoriæ traderent, ſingulis fere ætatibus, (quod Deo immortali acceptũ meritò ferendum eſt,) haud exigua copia. Inprimis vero hiſce partibus antiquitùs floruit, & beata fuit Græcia ſimul ac Latiũ. At Germania olim noſtra, licet magnam ſemper haberet fortiſſimorum ac ſtrenuiſſimorum virorum multitudinem: licet Fidem & Virtutem ſuam amicis, pariter ac inimicis nunquã non

non præberet promptam & expoſitam; adeò ut omnes Romanorum Imperatores ab Auguſto Cæſare corporum ſuorum cuſtodiam Germanis, præ reliqvis nationibus omnibus, committerent. Et præclara illa Principum Friſiorum in theatro emiſſa vox: *Nullos mortalium Armis, aut Fide ante Germanos eſſe.* His tamen Patria noſtra temporibus iſtis deſtituta erat & carebat, qui Germanorum ſuorum illuſtria & glorioſa facta literarum monumentis traderent, eaq́ue ad memoriam propagarent. Virtus illorum ad-

mirabilis laborum periculorumq́; mercedem, præmiumq́ve ampliſſimum, perpetuam gloriam, & eam famæ deſiderabat celebritatem, quæ poſt fata etiam poſteris inoteſceret. Omnino enim verum tradidiſſe videtur Corn. Tacitus in libro de Germania, qvo ſcripſit: *Literarum ſecreta viri pariter & mulieres ignorant.* Item: *Celebrant* (Germani) *carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus eſt.)* Omnis igitur priſcorum Germanorũ gloria obſcura & nobis ignota eſſet,

eſſet, niſi eam quibusdam in partibus veritatis vis ipſis expresſiſſet hoſtibus, adeoque, quæ in occulto latebant, nobis patefeciſſet. Quamobrem illa majorum noſtrorum antiqua cognituris, quoniam aliis idoneis monumẽtis heic deſtituimur, ab hoſtibus teſtimonia accipere neceſſarium eſt; & ex iis omnem illam priſcam Germanorum noſtrorum vetuſtatem colligere atque excerpere. Scriptorum vero antiquorum omnium unus *Cornelius Tacitus* quàm plurima de Germanis, eorumq; cum Populo R. bellis, in ſuis Annalium &

Hiſtoriarum libris adnotavit; ſed & privatim librum de ſitu ac populis Germaniæ, deq́; origine ac moribus univerſæ gentis tam accurate, tamq́ue diligenter conſcripſit, ut nullam aliam regionem, nullam gentem æque deſcriptam ab ullo veterum auctorum habeamꝰ. *T. Livius* eqvidē haud pauca de Germanorum gente tradidit. Scripſit etiam *Aſinius Quadratus* de Terra Germania; & *Cajus Plinius* bellorū Germaniæ libros edidit XX. ſed iſta literarum monumenta perierunt. Plinius tamen Ger-

maniæ deſcriptionem ſuo Naturali Hiſtoriæ operi inſeruit; Ex illis igitur, quæ ſuperſunt, ſcriptis, ſimul ex *Strabone* & *Ptolemæo*, (quamquam hi nõ ubiq́ue vera prodiderunt) priſcam Germaniæ noſtræ faciem cognoſcimus, ac perſpicimus id, quod vulgo haud ſimile veri forte videri queat, DANORUM nationem ad Germaniam pertinere; ejusq́ue jam olim & antiquitus exſtitiſſe partem. *Cornelius Tacitus*, auctor graviſſimus libro de Germania ita ſcribit: *Eundem Germaniæ ſinum, proximi Oceano,*

*CIMBRI tenent, parva nunc civitas, ſed gloria ingens. Ptolemæus Peninſulam* adpellat, qvę *Stephão Cimbrica* dicitur. CIMBROS Cherſoneſum incolere, *Strabo* tradit lib. VII. Fuit igitur illis CHERSONESUS CIMBRICA ea Regni Daniæ pars, quæ hodie eſt JUTIA. Verum paullo clariùs illa adparent ex *Plinii* Hiſtor. Nat. lib. IV. CAP. XIV. *Germanorum*, inquit ille, *genera quinque Vindili quorum pars Burgundiões, Varrini, Carini, Guttones. Alte-*

*rum genus Ingævonum; quorum pars* CIMBRI, THEVTONI, *ac Chauchorum gentes.* CIMBRI verò omnem eam, quod modò dicebamus, tenuerunt peninſulam, quam nunc antiqui itidem nominis incolunt JUTÆ. THEUTONI verò Danicas habitarunt inſulas. Quamquam etiã, præter illa graviſſimorum auctorum teſtimõia, pro ſententia hac à gentis lingva & moribus accepta argumenta adferri poſſint ſatis expedita.

Cæterum illæ CIMBRORUM THEUTONORUMQVE gẽtes, quæ in veſtra nunc

ſunt ditione, antiquiſſimas eſſe, tam Græcorum quàm Latinorum monumenta, qvæ exſtant, vetuſtiſſima, haud obſcurè loqvuntur. Ante Chriſtũ natum CCL. circiter añis TEUTONORUM meminit *Pytheas* Maſſilienſis, qui, teſte Strabone lib. I. quidqvid regionum eſt ad Oceanum à Gadibus ad Tanaim usqve peragravit. Imo CIMBRORUM expeditionẽ *Ariſtoteles*, qui CCCXL. annis ante natum Chriſtum floruit, haud obſcure memorat: Eudem. lib. III. Cap. I. TEUTONORUM ſuña veraque antiquitas vel inde perſpicitur, quod

quod inter cæteras vaſtiſſimæ illius & magnæ Germãię gentes uni ſeipſos appellarint TEUTONOS. THEUTONOS ſive THE THEUTON, GODANOS, CODANOS, DANOS, ab ipſius DEI rerum omnium conditoris nomine, THEUT, GODAN, CODAN, DAN. Ad quem illi, ſicut cæteri Germani in univerſum omnes, ſuum genus & originem referebant. De his *Cornelius Tacitus*, probatus in primis Romanorum ſcriptor, dicto de Germania libro: *Celebrant* (Germani) *carminibus antiquis (quod unum a-*

*pud illos memoriæ & annaliũ genus) Tuiſtonẽ* ſive THEVTONEM *Deum, terra editum*, & *filium Mannum, originem gentis conditoréſque.* Gallos ſe à DITE patre prognatos ex Druidum proditione prædicaſſe, autor eſt CÆSAR belli Gallici cõment. VI. Unde DITEM Cæſaris, eũndem fuiſſe THEUTONEM Taciti omnino credibile eſt. Quippe Cæſar facile illud DITIS nomen ſibi notius arripere potuit pro voce THEUTONIS vel TUITONIS. Proinde Celtarum gens, cujus pars cùm Germani

mani tùm Galli, credidit ean-
dem ſibi eſſe originem, ab uno
eodemq́ue conditore DEO
THEUT; qui communis illis
fuit Deus, à qvo, qvi hodie ſunt
Dani, olim appellari volue-
runt THEUTONI. *Saxo*
quidem *Grammaticus* L. I.
& V. ſive ex antiqvis Danorum
carminibꝰ, ſive ex aliis quibuſ-
dam monumẽtis refert, Danis
DEUM fuiſſe Othinum. At
hunc eundem fuiſſe, qui olim
erat GODAN, oſtendit Nobi-
liſſimus *Philippus Cluverius*
Germ. Antiq. lib. I. cap. XXVI.
Et THEUTONI illi, inſulas
in Codano ſinu ſparſas, quæ

nuncin univerſum Danicæ appellantur Pomponii Melæ; atque adeo Caroli M. tempore tenuerunt. *Jornandes* de rebus Gothicis circa annum Chriſti DXL. Danos etiam in Scanzia, id eſt, Scandinavia collocat. Quanta verò illius gentis vetuſtiſſimis iſtis temporibus fuerit terra mariq; potentia, vel inde colligitur, quod ex TEUTONICIS ſive DANICIS inſulis maxima, quæ hodie eſt SIALANDIA omnium hujus ſinus fœcundiſſima, caput nunc regni ſedemq; regiam ſuſtinês Hafniam, ab iis olim dicta fuerit CODANONIA, ipſumq;

mare Balticum SINUS CODANUS appellatum. Quod nomen haud dubie traxit ab iis, qui imperium in mare tum temporis habebant. Magnam TEUTONOS illos, ea tempeſtate, domi fuiſſe gentem, magnis amplisq; ſedibus incolentem, ex eo etiam perſpicitur, quod in celebri expeditiõe Cimbris numero ferè fuerint æquales, qvibus erant, quod ex Plinii lib. IV. cap. XIV. cognoſcitur, proximi ſeu finitimi.

De CIMBRIS ita TACITUS ſua ſcribit ætate: *Parva nunc civitas; ſed gloriâ ingens. Veteris famæ latè veſtigia ma-*

*nent utrâq; ripâ caſtra; ac ſpacia; quorũ ambitu nunc quoq; metiaris molem mãusq; gentis, & tam magni exercitus fidem. Sexcenteſimũ & quadrageſimum annum urbs noſtra agebat, qvum primum CIMBRORUM audita ſunt arma, Cæcilio Metello, & Papirio COSS.* Quum enim terras illorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant: ut *Florus* libr. III. cap. III. tradit. Calamitates iſtæ quidem Cherſoneſo illi ad id præcipue latus, quod occaſum

ſuum reſpicit, hodieq; accidunt frequentes ac fere familiares ſunt, magnæque litoris illius partes fluctibus ſæpe obruuntur: quoties major aliqua ingruit tempeſtas. Non autem vulgaris ſive exigua, ſed magna haud dubie fuit illa Cherſoneſi inundatio, qua CIMBRORUM ingens multitudo tum fuit deleta; qualis fere noſtro contigit ſeculo, qua inſula ad litus illud poſita, vulgo der Nordſtrand/ periit. Inſulæ, ſcopuli, vadoſaq; loca, quæ multa huic objacent lateri, magnam aliqvam inundationem ſatis arguunt. Quum igitur maxima CIMBRORUM pars.

pars vereretur, ne terra illa omnis obrueretur fluctibus, antiquis ſuis ſedibus relictis, novas quæſiverunt. *Gens*, quod *Quinctilianus* declam. III. ait, *majorem terrarum partem victoriis pervagata, tantum in Mario ſtetit:* à quo victi ac fere deleti ſunt. CIMBROS vero illos domo egreſſos, non uno nec perpetuo impetu, verũ ſingulis annis ſemper ſub ver, porro moviſſe; arma circumferendo Europæ continentem peragraſſe *Plutarchus* in Mario tradit. non tamẽ omnis illa gens CIMBRICATUM profecta: ſed

ſed pars domi & in Cherſoneſo remãſit, qvi poſtea, *Plutarcho* iterum ſcribente, lebetem Imperatori Auguſto dono miſerunt, injuriarum quondam à popularibus ſive majoribus ſuis illatarum veniam, & amicitiam petentes. Exiguum fuiſſe domi manentium numerum, vel inde liquet, quòd ne Taciti quidem ævo civitas eorum incrementa ceperit. Sic enim ille: *Parva nunc civitas.* Atque hinc vicini TEUTONI ſive DANI peninſulam illam CIMBROSQVE eò facilius deinde ſuo ſubjecere imperio. Hæc & alia non-

nulla de CIMBRIS TEUTONISQVE ex vetuſtis Græcorum & Romanorũ ſcriptis eruuntur. At longe pleniore & multo illuſtriore nunc illorum frueremur hiſtoria, ſi antiquis noſtris Germanis eorum hominum, qui res præclare geſtas literarum traderent monumentis, aliqua fuiſſet copia. Tanta obſcuritate & caligine omnis fere vetuſtas Germaniæ noſtræ, regniq́ve veſtri, PRINCEPS SERENISSIME, non jaceret involuta; veterumq́ve REGUM DANIÆ ſeries ac ipſa regnĩ illius adminiſtrandi ratio & forma magis eſſet cognita. Quoad

tamen

tamen longiſſime mens mea & REGUM VESTRORUM memoriam poteſt reſpicere, eorumqve intueri & luſtrare ſeriem, integrum eſt; omnino mihi videor videre & manifeſte deprehendere REGES DANIÆ jure hereditario regna veſtra olim obtinuiſſe ac poſſediſſe. Præterquam enim quod illud ex regiæ familiæ in regnum ſucceſſione perpetua perfacile planum fieri & dilucide demonſtrari poſſit; graviſſimum & firmiſſimum in hac cauſa argumentum nobis ſuppeditat, feminarum ſuceſſio, qvæ ex regio ſangvine prognatæ, nullo

profecto alio, quam hereditario jure regnum non ſolùm conſeqvutæ ſunt ipſæ; verùm etiam per illas ad exteros id quoque devolutum eſt Principes. Nulla verò poteſt ratio haberi mulierum in illis regnis capeſſendis, in quibus viget Electio; quod res ipſa docet: adeoque id firmum ac ſolidum in hac diſputatione eſt fundamentum. Ut verò antiqua nimis, ipſamqve *Heram*, Haraldi III. filiam, quæ aliquando Danis imperavit, prætercam; certum omnino eſt, Reges ex una eademque familia regia ortos ſerie conti-

nuata, nec ullis temporum intervallis interrupta in regnum Daniæ ſucceſſiſſe idemque tenuiſſe à Caroli M. ætate usq; ad VALDEMARUM IV. cui defuncto ſucceſſit filia natu major MARGARITA regni heres. Quæ non tempꝰ exiguum aut breve; ſed per totos annos XXXV. ad extremum usq; vitæ diem rebus Daniæ ſapienter ac feliciter præfuit. Nec poteſtatem muliebrem adeo diuturnam pertuliſſent regni Proceres; niſi illa poſſediſſet & gubernaſſet ſua. Neque facile permiſiſſent, ut eadem MARGARITA ERICUM Pomera-

niæ Ducem, ex ſororis ſuæ Ingeburgis filia Maria prognatum, tanquam proximum regnorum heredem, ad capeſſendum regnum evocaret: niſi illa habuiſſet poteſtatem deferendi; & hic jus adeundi. Quo eodem jure ad CHRISTOPHORUM Palatinum Rheni & Bavariæ Ducem, ex Erici ſorore, Valdemari IV. pronepte natum, regni hereditas deinde eſt devoluta. Chriſtophoro ſine prole defuncto Proceres ad eum ex regia proſapia reſpicientes, cui debebatur ſucceſſio, regnum detulerunt ADOLPHO, Sleſvicenſi,

cenſi, Regis Valdemari IV. pronepoti. Qui quum ea jam eſſet ætate, quæ rebus gerendis impar eſſe ſolet, regnumq́ue oblatum hac de cauſa pertinaciter recuſaſſet, à Proceribus, ad quem jam ita pertinebat Principatus, evocatus eſt CHRISTIANUS, Diderici Oldenburgici filiorum natu maximus, qui à matre Hedvige, Adolphi SLESVICENSIS ſorore, genus regium contingebat, ſolioq́ue impoſitus eſt. Atque ex his manifeſte deprehenſum adparet, non ſolum feminas, Regum filias, quæ ad regna guber-

nanda alias minime ſolent e-
ligi, Daniam tenuiſſe; verum
etiam per eas ad exteros quo-
que Principes, qui maternum
genus à Regibus Daniæ du-
cebant, regni hereditatem
perveniſſe. Quare Chriſtia-
nus II. antiquo Regum jure
& ſuo viſus eſt voluiſſe uti;
dum in pactis connubialibus
inter ſe & Caroli V. ſororem
initis ſcribi curavit: *ut, ſi
mares agnati nulli exſtarent,
major natu filia in regnum
ſuccederet.* CHRISTIA-
NUS ille I. Oldenburgicus,
poſtquam cum ingente laude
mul-

multis imperaſſet annis, JOHANNEM, majorem natu filium, quippe cui, ut heredi proximo, ex gentium jure debebatur ſucceſſio, regni conſortem fecit. Isqve ſummo populi applauſu Rex ſalutatus eſt, ſuperſtite adhuc & jubente patre Chriſtiano. Deinde etiam Johannis filius CHRISTIANUS II. vivo adhuc patre, Rex & Dominus univerſæ Daniæ renunciatus eſt. Regnumque à patre acceptum poſt ejus obitum ſolus adminiſtravit. Cimbrorum autem Nobilium defectione territus, regno

temere exceſſit, neque in id redire potens fuit. Quanquam ſane, quid ille admiſerit adeo grave in ſubditos, ut ei obſequium renunciarent, & à Rege ſuo, cui jurejurando erant devincti, deficerent, Hiſtoria nihil repræſentat. Adfertur, equidem ſumtum de Toberno Oxio ſupplicium nimis rigidum. Verum nec illa Toberni inconſulta lingvæ libertas probanda: nec ejus factum excuſari facile poteſt. Quippe qui Foburgio iratus, quem in crucem egerat, odium ſuum penitus inſitum juris ſpecie ita cupiebat ſaturare:

rare:

rare: & Columbulam, Regis concubinam, veneno ſuſtulerat. Ac probatio quanquam deerat, facinus tamen evidenter apparebat. Verum ex quo tempore Chriſtianus II. Rex iſtam in Suecia, exercuerat lanienam; alte admodum ea res in animos Daniæ Senatorum penetraverat, ut deinceps, quoties Hafniam vocarentur, non niſi in ſummo metu convenirent. Itaque ut ſe formidine, in qua verſabantur, ſemel tandem liberarent, arma, ad ſecuritem ſuam aſſerendam, capienda ſtatuerunt; adeoque à

Rege deſcivere. Sed nec id ſatis cauſæ erat, quare à fide, jurejurando confirmata, recederent, Regemq́ue ejicerent regno majoreq́ue metu, quam periculo cincti. Quùm jam Chriſtianus Rex pœnam Sveciæ tam crudeliter habitæ, quæ ſe denuo in libertatem vindicaverat, perſentiret: Idque eum ad Daniam deinceps clementius gubernandam monere ac ſatis coërcere poſſet. Chriſtiano II. ita pulſo, Daniæ regnum nihilominus in regia manſit ſtirpe. Conſequutus enim illud eſt ipſius Patruus FRI-
DE-

DERICUS I. qui id filio ſuo CHRISTIANO III. reliquit, cui itidem ſucceſſit filius FRIDERICUS II. parens CHRISTIANI IV. cui *pietas* ſua imperium ad LX. annos *firmavit*: quantum temporis ſpatium nullum unquam legimus imperaſſe Monarcham. Hic vitæ plenus & ſatur lampadem regni tradidit Tuo, PRINCEPS SERENISSIME, parenti FRIDERICO III. Regi incluto, qui ita imperat, & univerſi populi affectum adeo tenet obſtrictum ut in ſinum uniuscũjusque etiam

reclinare caput liceat, & ſecure ſomnum capere. Et ſic jam liquet & perſpicuum eſt, Daniæ regnum in una eademq́ue familia regia ſerie continuata perpetuo conſtitiſſe. Illud, ad antiquiſſimam gentem Oldenburgicam, quæ ab antiquis Daniæ Regibus genus ducit, translatum, in eadem jam duo integra ſecula, & quod excurrit, ad noſtra usque tempora, ſtat firmum fixumq́ue. Deus Opt. Max. Auguſtiſſimæ Familiæ id jubeat eſſe ſempiternum ad ſeros & centum usque nepotes. Nec tamen

men neſcius ſum, quæ hic adferat & contra ſtatuat jura Nobilitas; quodque illa, non ex hereditate, ſed ex libera electione Daniæ Reges exiſtere, quantum maxime poteſt contendat. Verùm omnis illa poteſtas, quoniam veteri Regnum juri hereditario adverſaria eſt, omnino deprehenditur eſſe nova, & à Nobilitate tum maxime aſſumpta & uſurpata, qvum, deficiente in ſtirpe regia prole maſcula, Daniæ ſceptrum ad exteros tranſiret Principes. Et quæcunque tandem illa ſit jactata Nobilitatis pote-

ſtas: id profecto, quod regni Ordines in illa electione ſua stirpem regiam nunquam prætergreſſi; ſed eos omni tempore ſibi voluerint conſtituere Reges, qui regio generi cognatione erant proximi, jus illud hereditariorum in Daniæ regnum ſatis evincit & confirmat. Quod equidem nihil dubitationis habet in Norvegiæ regno, Daniæ jam per tot ſecula unito. Quippe quod Holſatiæ Duces, ex regia ſtirpe prognati, in titulis ſuis, nullo prorſus exiſtente, qui contradiceeret

aut

aut impugnaret, profitentur & publicè oſtentant. Neque Dani jus aliquod certum & ſingulare à Norvegorum privilegiis alienum hic facile obtinebunt: aut cauſas adferent ſatis idoneas, quare ſoli Norvegi, non itidem Dani ſint in hereditate. Norvegos aliquando rebelles à Chriſtiano II. armis ſubactos ajunt; adeoque à belli jure hereditatem illam vulgò arceſſunt. At verò FRIDERICUS I. Chriſtiani II. patruus, qui iſtud in Norvegos jus, bello paratum nulla prorſus ex par-

te poterat contingere, ab ipſis Daniæ Proceribus VERUS NORVEGIÆ HERES adpellatur in diplomate illo publico, quo iidem Proceres exponunt, cur renunciatâ Chriſtiano II. Regi obedientia & fide, Fridericum elegerint Regem. Inter cæteras cauſas, quare hunc potiſſimum ad regnum evocarint, ibidem adferunt etiam has: quod Fridericus VERUS NORVEGIÆ HERES: quod ex inclyta REGUM DANIÆ PROSAPIA ORIGINEM DUCAT: quod REGIS FILIUS NATUS,

TUS, atque ita JURE præ omnibus aliis Principibus honor iſte ad eum PERTINEAT Ex REGNO PATERNO ei debeatur. Quæ ſingula, ab ipſis regni ordinibus publice prolata; *hereditas Norvegiæ, Regia proſapia* ſive genus; *Regia nativitas, jus regni, & ex regno patrimonium* jus illud hereditarium ſtirpi regiæ abunde confirmant: quippe quæ ab ipſis Proceribus regni in eadem cauſa adducta & publice edita ſunt. Ex regno debitum capere pa-

trimo-

trimonium certum hereditatis argumentum eſt: quam etiam multo magis firmam reddit Dos ex regni partibus & provinciis collata. Jam verò CHRISTIANUM I. quum filiam ſuam MARGARITAM Scotiæ Regi JACOBO IV. elocaret, ei dotis loco, præter cætera, Orcades tradidiſſe Inſulas pervulgatum & nòtúm eſt. Unum hic nequeo præterire, quod ante annos XX. quando ſtudiorum cauſa Soræ Danorum commorabár, accidit. Multi ex Nobilibus

& Proceribus Daniæ inter cætera Regum ſuorum ſigna & effigies CHRISTIANI II. ſimulacrum habebant fracto ſceptro expreſſum & à reliquis diſtinctum, ut eſſet fracti imperii, & à Nobilitate ejecti Regis argumentum. Quam rem indignam, valde, quod Majeſtati Regiæ videretur eſſe dedecori ac probro, adeo ferre non poterat Magnus CHRISTIANI IV. animus, ut in publicis regni Comitiis Nobilitati & Proceribus inſolentiam hanc exprobraret, eosque

compellere CHRISTIANO illi II. ſceptrum ſuum reſtituere illæſum atque integrum. Ita Majeſtati ſanctitatem ſuam etiam in ſigno retinere voluit Rex inclytus: nécprobare id, quod in Chriſtiano factum. Proceres quidem leges & jura regni ſubinde acuerunt, & Reges ſuos arctioribus conſtrinxerunt vinculis. Unde laxiora cepit incrementa Nobilitatis potentia, eoque jam excreverat, ut regno deprehenderetur eſſe calamitoſa ac fere exitioſa. Id Senatus Popu-

Populusqve Danus reſpiciens, & in ſupremam illam legem, PUBLICAM SALUTEM, intuens, antiquam regni conſtitutionem ſponte ſua reducere Regiæque familiæ veſtræ, PRINCEPS SERENISSIME, *jus regni capeſſendi hereditarium reſtituere*, & Regi ſuo *liberam & ſolutam adminiſtrandi poteſtatem ſponte & ultero* tribuere voluit. Nec enim ſe ſalvum aut felicem judicabat Senatus Populusque ille veſter, niſi in tam Pium & ſubditorum ſuorum

amantem Regem omne jus ſuum omnemque poteſtatem transferret. De tanti momenti re *Vobis*, SERENISSIME PRINCEPS, Auguſtiſſimæque familiæ veſtræ tum omnes gratulabantur læti & alacres. Ac inter cæteras gratulantium voces hæc quoque publicè audita & exhibita eſt inſignis ac perpetua memoria digna:

ADESTE REGES, ACCURRITE PRINCIPES,
SPECTATE PROVIDENTIAM DEI ADMIRABILEM, EXEMPLUM SINE EXEMPLO:

FRI-

FRIDERICUS TERTIUS
DANIÆ REX (*na,*
*Inter Maxima Belli Diſcrimi*
*Quovis Rege Viſus Infelicior:*
*At Inter Maxima Pericula,*
*Quovis Rege Conſtantior.*
*Poſtquã Cum Mala Fortuna*
*Diu Colluctatus eſſet.*
*Meliorẽ Non Sorte ſed Virtute*
Adeptus eſt:
*Nam Vigilias, Laborem Prudentiamq;*
*Fortisſimi Principis,*
Diu Admiratus Daniæ Populus,
*Quem Regẽ Pridẽ Dominũq;*
*Elegerat, Nunc Titulo Novo*
*Appellat* Mõarchã, Hoc Deeſſe
*Suæ Felicitati Exiſtimans,*

Ut Romanos Imitatus,
*Omne ſuum Jus Omnemq́ Poteſtatem*
*In Hunc Solum Conferret:*
Et Romanos Supergreſſus
*Inter tanti Principis Hereditaria*
*Bona Suam quoq́ Numerat*
*Patriam.*
Sic
TANDEM FRIDERICUS
TERTIUS
Quovis Daniæ Rege Felicior,
*Qui Poſt Exantlatum Bellum*
*Atrociſſimū Tanta Heredi-*
*Auctus eſt:* *(tate*
Sic FRIDERICUS
TERTIUS
Quovis Daniæ Rege Major:
*Quippe cujus Virtuti Debent*
*Nepotes,* *Quod*

*Quod non Fiant Reges, ſed*
*Naſcantur,*
VIVAT FRIDERICUS
TERTIUS
PRIMUS DANIÆ HERES
Et Tantas Opes Feliciter
Transmittat ad Poſteros!
Applaudite Reges,
Applaudite Principes.

Quæ heic loci minime erant reticenda; quin potius omnium ſeculorum memoria celebranda. Cæterum, PRINCEPS SERENISSIME, quum ad Reges Principesque Scriptoribus rerum facilis aditus omni ævo patuerit adeo,

ut in familias & familiariates maximorum Regum & Imperatorum olim fuerint adſciti. Cujus rei luculentus teſtis eſt Pauſanias in Atticis. In hac vero laude ſemper fuere Reges & Principes omnes, quotquot ex Oldenburgica prolapia originem ducunt; ut Literarum Studia in pretio, & viros eruditos in honore haberent.

CHRISTIANUS I. quum eruditionis dignitatem, obſcuramque rerum gloriam ſine Literarum luce eſſe apud animum ſuum reputaret, quamlibet ipſe indoctus, Acade-

cademiam in Dania ſua erexit Hafnienſem, quam deinde JOHANNES ejus filius variis auxit commoditatibus, multumq́ue ornavit, & ſtipendia Profeſſorum luculentiora fecit, longa experientia edoctus, in bellorum & negotiorum mole deeſſe ſibi idoneos viros, quibus in regni negotiis uteretur. Ita cæteri quoque, qui ſecuti ſunt Reges, Literas hominesq́ue Literatos vehementer amplexi ſunt, & liberaliter foverunt. Præter FRIDERICUM I. CHRISTIANUS III. maximè eruditus in doctorum

monumentis cognoſcendis non ſolum fuit diligens: verum etiam homines doctos in magno habuit pretio. FRIDERICUM verò II. Literarum Studia ſingularibus præmiis & honoribus condecoraſſe in confeſſo eſt. Præcipue verò CHRISTIANUS IV. Rex glorioſiſſimus, ſicut ipſe Literis fuit imbutus; ita etiam filios ſuos iisdem inſtrui ſummo curavit ſtudio. Ac, ut Nobilitas quoque regni adoleſcens itidem Liberalibus erudiretur Diſciplinis, *Academiam* inſtituit *Soranam*, & *Hafni*-

*enſem* pluribus beneficiis cumulavit. Perſpexerat quippe Rex prudentiſſimus, ad quid proficeret Literarum cognitio. Quanti verò easdem hodie æſtimet ac amet FRIDERICUS REX inclytus, ipſe egregie eruditus, eo etiam declarat, quod Doctorum colloquiis, adeo etiam diſputationibus frequenter intereſſe ſolet, ſuo etiam exemplo tam illuſtri ſubditos ſuos aliosq́ue ad Literarum æſtimationem & amorem ita excitaturus. Idem animus, idem ſtudium, ac Eruditionis Eruditorumq́ue amor in

TE quoque, SERENISSIME PRINCEPS, longa & perpetua ſerie à tantis Majoribus, veluti propria quædam hereditas derivata cernitur, qui illorum veſtigiis non preſſis leviter, ſed fixis ad memoriam omnis poſteritatis ſempiternam tantum & tam præclarum laudis & gloriæ decus laudabiliter conſequutus, ſponte & ultro conſervas, plurimumque auges: dum non ſolùm domi & in patria doctiſſimorum virorum ductu præclara eruditione inſtructus, inter exteras quoque nationes ea porrò didiciſti, quæ

quæ PRINCIPI in tanta ſorte nato, & ad tantam ſpem educato neceſſaria ſunt. Quare factum, ut INCLYTUS & SERENISSIMUS REX PARENS TUUS, TE PRINCEPS OPTIME, ſummis regni veſtri negotiis adhibere ac præficere, ut nos accepimus, decreverit. Unde, quod IPSE REX, & omnes Boni vovent, beatum, florens & felix TIBI aliquando regnum futurum haud incertis colligimus argumentis. Certa Regii TUI animi indicia ipſeque Patris avique Genius Magnus & Auguſtus ex vultu tuo ſeſe prodens at-

queelucens, quem quum nuper Luneburgo faceres iter, noſtrumque luſtrares nobile Lyceum, admirabar, me concitavit & pellexit, ut hunc libellum mole ſua exiguum, qui ſummorum Monarcharum hiſtoriam continet admodum contractam, Tuo inſcriberem nomini inclyto, atque in ipſo ejus principio CIMBRORUM TEUTONORUM ſive DANORUM veſtrorum oſtenderem antiquam gloriam, ac ſimul, quæ VOBIS, AUGUSTISSIMÆQUE Stirpi Veſtræ in regna illa ſunt vetera jura hac occaſione, quanquam brevi-

brevibus admodum commonſtrarem, pluribus illa deducere, & diffidentibus planiora facere paratus. Quod igitur, *PRINCEPS SERENISSIME*, ſub inclyti nominis Tui auſpicio ac præſidio heîc emitto, Tibique, tanquam Numini Tutelari, ſubmiſſe, &, ut decet, humillime conſecro dicoque, id ſereno ac blando Tibique proprio vultu clementiſſime excipias, ejusque optimus Patronus & defenſor ſis perpetuus animo admodum demiſſo rogo.

Deus Opt. Max. provincias

& regna veſtra omni benedictione cumulata efficiat florentiſſima, ac jubeat, ut *SERENISSIMUS REX* olim tibi vitæ plenus atque ſatur TIBI, *PRINCEPS OPTIME*, lampadem regnandi tradat. Quod cum omnibus *VESTRIS* ſubditis voveo & precor

*T. SEREN.*

Humillimus & Devotiſſimus

JOHAN. BUNO.

Scribebam Luneburgi Ipſis idib. Mart. M DC LXIV.

# De Hiſtoriæ Conſtitutione PRÆFATIO.

IN hoc ipſo *Hiſtoriæ univerſalis* principio conſentaneum, & ſtudioſæ juventuti utile eſſe exiſtimo paucis explicare, *quid hiſtoria, quæ ejus natura ſit, & conſtitutio, circa quas res illa verſetur, & quas cōtineat partes:* ut hiſce præcognitis, hiſtoriophilus in tam amplo Hiſtoriarum campo rectè progredi, & ex rerum, quæ ibidem exhibentur, varietate, quænam pro ſtudiorum ſuorum ratione ſibi fuerint decerpenda, videre queat. Et quū vocabula rerum notę & ſigna ſint, in earumq; cognitionem nos deducant, Hiſtoriæ primum conſidera-

derabimus nomen. *Servius* in Æn. libr. 1. & *Iſidorus* Orig. cap. 10. exiſtmant Hiſtoriam ab *ἱστορεῖν*, *quod eſt inquirere*, dici. Quum contrà potius hæc vox ab illa deducatur. *Platoni* in Cratylo Hiſtoria vocatur *ὅτι ἵστησι τὸν ῥοῦν*, quod *fluxum ſiſtat temporum, & certa annorum ſcire res omnes coërceat*. Verùm docti haud ignorant, quid de Platonis Cratylo ſtatuendum ſit. At *Simplicius Philoſophus* in lib. 1. de Anima, hujus vocis originem multò rectiùs docet, eamque ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι, *quod eſt ſcire & cognoſcere*, deducit. Ejusdem enim originis ſunt Ἐπιστήμων, & ἵστωρ unde eſt *ἱστορία*. Accipimus verò Hiſtoriam hîc non pro ea diſciplina, quæ conficiendæ ſcribendæ Hiſtoriæ rationem docet; & proprio ſuo nomine *Hiſtorice* agpellari con-

ſvevit,

ſuevit, de qua omnium eruditiſſimè ſcripſit *Gerardus Johannes Voſſius*. Verùm *Hiſtoria* nobis hîc dicitur, *quæ res geſtas memoria dignas commemorat*, & *memoriæ ſubminiſtrat*: quæ teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, unica vetuſtatis: quæ συμφερτὴ σοφία, *conferta ſapientia* ſeu *cumulus ſapientiæ*; liber viventium; tabula univerſitatis; perpetuus exemplorum theſaurus; & vitæ humanæ theatrum, multisq́ue aliis magnificis nominibus & encomiis extollitur, & decoratur. At quibus Hiſtoria circumſcribenda terminis, ac quo modo & ratione ſit definienda, ſententiis inter ſe diſcrepant auctores. *Sempronio Aſellioni* apud Gell. lib. V. cap. 18. ea tantùm *hiſtoria eſt, quæ continet res*

*illuſtres; quum ſimul memorantur cauſæ, conſilia, & quibus modis quid fuerit geſtum.* Eoqve *Annales* diſtingvuntur ab *Hiſtoria*; quod illi quidem res contineant illuſtres; ſed tantum, quo anno & à quibus geſtæ ſint, exponant; nullâ factâ mentione cauſarum & conſiliorum. Deinde *Verrius Flaccus* apud Gellium dicto loco; *Servius* in I. Æneid. & *Iſidorus* de Orig. cap. 40. & 43 exiſtimant, *Hiſtoriam propriè eſſe narrationem rerum geſtarum, quarum quis fuerit* αὐτόπτης, id eſt, *quas quis viderit*; aut videre potuerit; cujusmodi ſunt, quæ quis ab iis accepit, qui ipſi rebus geſtis interfuerunt. Ita ſecundum hos propriè hiſtorici libri ſunt, quos ſcripſit *Thucydides.* Differt iis Hiſtoria ab *Annalibus*, quod in his etiam referri ſoleant,

quæ

ætatem noſtram antecelſerunt, *Ciceroni & Cornificio* & aliis *Hiſtoria* eſt *narratio rerum geſtarum ab ætatis noſtræ memoria remotarum.* Et ſecundum hos, *Salluſtius*, quum Conjurationem Catilinariam, aut bellum Jugurthinum, res ſuâ memoriâ geſtas ſcriberet, non ſcripſiſſe dicitur: at poſtremis libris, quibus complexus eſt res ſui temporis geſtas, Hiſtoriam ſcribere deſiit. *Gellio* in noctibus Atticis lib. V. cap. 18. *Hiſtoria eſt quævis rerum geſtarum narratio*; ita ut ei *Hiſtoria* & *Annales* differant, quemadmodum genus & ſpecies. Annales enim omnes ſunt Hiſtoriæ; at non omnes Hiſtoriæ ſunt Annales. Sed rectiùs *Hiſtoria* definiri poſſe videtur *cognitio ſingularium, quarum memoriam conſervari utile ſit ad benè beatéqve vivendum.*

*dum.* Quæ definitio conſtat *genere*, *objecto*, & *fine*. *Genus* conſtituitur notitia ſive cognitio; non verò narratio, ſive commemoratio aut explicatio. Quoniam de Hiſtoriæ οὐσίᾳ non eſt, ut res geſtæ narrentur; ſed ut ſciantur. Qua de cauſa Ciceroni Hiſtoria vocatur *memoria rerum.* Et ſi Hiſtoria conſiſtit in narratione, Hiſtoria non erit Hiſtoria, niſi narretur. Quum tamen res geſtæ, ſive narrentur, ſive non; ſemper ſint geſtæ; ac propterea. Narratio verò accidit Hiſtoriæ, & ejus attributum extrinſecum. Primò enim & propriè Hiſtoria dicitur notitia rei geſtæ; per metonymiam verò de monumentis, quibus Hiſtoria continetur: quomodo & Artes omnes, & Scientiæ primò

&pro-

& propriè de animi habitu dicuntur; ſecundariò verò deſcriptis eorum, qui diſciplinas illas tractarunt. *Objectum* ſeu materia, circa quam Hiſtoria occupatur, ſunt *res ſingulares*; non tamen omnes, ſed eæ duntaxat, quæ ſunt memoriâ dignæ; & ex his præcipua ſunt *τὰ πρακτὰ*, actiones. Princeps enim & propria Hiſtoriæ cura eſt *actiones* exponere, quæ ſunt *ſingularium*, ſeu, ut Philoſophi loquuntur, *Suppoſitorum*. Per actiones verò non intelligimus tanùm res publicè geſtas; ſed etiam privatas illuſtriores, & inſigniores, quæ vitæ humanæ inſtituendæ conducunt. Viſo ita Hiſtoriæ objecto, etiam *Finis* ejus conſiderandus; qui multiplex. *Primus* eſt, ut conſervetur ac vigeat memoria

eorum, quæ acciderunt; & quoniam memoria humana imbecillior eſt, quàm ut omnia audita retinere queat; neque enim viva voce & quaſi per manus omnes tradi poſſunt res geſtæ; literis opus eſt, quibus conſignentur. Deinde facit Hiſtoria ad *vitam publicè & privatim benè, feliciter & prudenter agendam:* prudentiæ præcepta exemplis probat & illuſtrat; ac in iisdem, veluti in idea quadam & imagine quid ſequendum, quidq́ue fugiendum oſtendit. Reliquis etiam Diſciplinis & Artibus *exempla* ſuppeditat. Demum hominem quoque *ornat* Hiſtoriarum cognitio, & delectat; qui fines tamen ſecundarii magis ſunt. Hiſce cognitis proximum fuerit etiam Hiſtoriæ *partes* videre. Dividi-

tur

cur Hiſtoria ab Antiquis in *Divinam*, *Naturalem*, & *Humanam*. Divina Religionem, ejusque ceremonias tradit, hominemqve per ſe beare poteſt. Sacris literis illa continetur; ad eamque pertinet *Eccleſiaſtica*, quæ, quid in Eccleſia geſtum ſit, ſuppeditat, eaque ampliſſima eſt. *Naturalis* res in natura poſitas, aut ab ea productas, earumque ortus, naturas, & vires explicat, & hujus tot poſſunt eſſe partes, quot ſunt rerum naturalium ſpecies. Ex antiquis multa de his ſcripſerunt, *Ariſtoteles*, *Theophraſtus*, *Diſcorides*, *&c*: ex recentioribus *Geſnerus*, *Aldrovandus*, *Agricola*, *Mouffetus*, & *Jonſtonius*, *&c*. *Humana* Hiſtoria actiones hominum in ſocietate viventium deſcribit. Hanc iterum dividunt in *Veram*,

*Mythicam*, ſive Fabularem, & *Quaſi Veram*. *Vera* eorum eſt, quæ contigerunt; ut illa *Thucydidis*, *Polybii*, *Salluſtii*, *&c*: *Quaſi Vera* eorum, quæ quidem non contigerunt, at potuerunt contingere; ut ſunt argumenta comœdiarum; quas imaginem veritatis etiam adpellat Cicero. *Mythica* fabularum eſt; quæ ne contingere quidem poterunt. At *Vera Hiſtoria* verſatur vel in *deſcriptione Perſonarum*, earumque actionum; quoniam *Perſonæ* inprimis ab actionibus deſcribuntur: Vel etiam verſatur in deſcriptione *Locorum* & *Temporum*. Ac licèt rebus à perſonâ geſtis, etiam locorum & temporum deſcriptiones rectè admiſcentur; ſeorſim tamen illa quoque ab auctoribus traduntur. Ita de univerſo Orbe ſcripſit *Eratoſthe-*

*toſthenes*; *Aſclepiades* de fluviis; *Stephanus* de urbibus, &c. Perſonarum verò Hiſtoria iterum duplex eſt, vel *Perpetua*, vel *Sejuncta*. *Perpetua* ſecundùm temporum ſeriem enarrat, quæ conſtituunt hiſtoriæ corpus. Et hæc vel eſt *Univerſalis*, vel *Particularis*, vel *Singularis*. *Univerſalis* eſt omnium, vel pręcipuarum ſaltim gentium; eaque vel *omne tempus* complectitur, quam quis ab Orbe condito incipit, & ad ſuam uſque ætatem deducit. Vel *Univerſalis eſt ratione loci*, aliquam temporis partem comprehendens, & enarrat ea, quæ intra annos non ita multos per univerſum Orbem aut ſaltim in nobiliſſimis gentibus fuerunt geſta; cujus inſigne exemplum exhibet *Polybius*. *Particularis* Hiſtoria etiam duplex eſt. Aut enim

tradit *quacunque* ad gentis alicujus, aut civitatis res geſtas pertinent; aut *partem* duntaxat refert. *Prioris generis* eſt *Livii Hiſtoria*, qui res Romanas ab Urbe condita ad Auguſtum usque ſub quo ipſe vixit, perduxit. *Poſterioris generis* eſt Hiſtoria *Thucydidis* de bello Peloponneſiaco; *Salluſtii* de bello Jugurthino & Catilinario; *Cæſaris* de bello Gallico & Civili. *Singularis* verò Hiſtoria eſt, quæ vitas hominum ſingulatim deſcribit; qualem Hiſtoriam ſcripſerunt *Philoſtratus*, *Cornelius Nepos*, *Suetonius*, *Plutarchus*, & *Laertius*. Vidimus Hiſtoriam Perpetuam, ſupereſt *Sejuncta*, quæ ex perpetua narratione excerpit facta eſt, vel dicta memorabilia; aut prout ſe quodque offert; aut ſecundum virtutum & vitiorum ſeriem; aut ſecundum gentem, ſexum,

xum,alıove non abſimili ordine diſpõit. Cujus generis ſunt *Apophthegmata Plutarchi*, *Memorabilia Valerii Maximi*, *& Strategemata Frontini.* Eſt præterea Hiſtoria *Mixta*, qua una Hiſtoriæ forma alteri permiſcetur; Veræ Fabularis; aut Humanæ Naturalis, &c: qualem exhibuit *Solinus Polyhiſtor.* Et hæc de Hiſtoriæ conſtitutione & partib9 dixiſſe in præſentia ſufficiant.

Tam vaſtum hiſtoria pelagus eſt, ad quod navigandũ nonnullo opus eſt adparatu, ne incerti feramur, aut in ſcopulos incidamus & faciamus naufragium. Conſtat verò illa, quod modò dictum, ex ſingularibus, quorum res geſtæ certis ſuis notantur & deſcribuntur circumſtantiis; ex quib9 haud poſtremæ ſunt *loci* & *temporis* circumſtantiæ, omnibus hiſtoriis

communes. *Temporis* igitur & *loci* cognitio paranda eſt Hiſtoriæ cultori, qui utiliter & cum fructu in eo cupit verſari pelago. In locorum verò peritiam venitur per *Geographiam* & *Topographias*. Temporis periodos & partes diſtinguere docet *Chronologia*. Dici verò non poteſt, quantum lucis & perſpicuitatis nobis hiſtorias legentibus adferat; ſi veluti oculis uſurpamus, & in tabula *Geographica* contemplàmur ipſi loca illa, in quibus res fuerunt geſtæ; adeo ut regionum, urbium, fluviorum, cæterarumq́ve terræ partium cognitio ferè commentariorum inſtar ſit in omnis generis Auctorũ lectione. Hiſtoria etiam temporum teſtis eſt. Adhibenda igitur quoque eſt *Chronologia*, cujus beneficio temporum momenta diſtinguun-

ſtingvuntur. Unde magna Hiſtoriæ affulget lux ei, qui univerſam temporũ ſeriem, in unũ veluti corpus reductã & certis articulis veluti membris diſtinctam mente comprehendit, & memoriç infixã circumfert; ut quarumcunq; inſignium rerum geſtarũ fiat mentio, confeſtim ad quam temporis periodum aut articulũ illæ pertineant, cogitare queat. HIS cum primis adminiculis, veluti filo Theſei Labyrinthũ ingreſſurus, inſtruct⁹ ſit oportet, qui ſpacioſiſſimo Hiſtoriarum campo ſe cõmittit, niſi ubique errare & impingere cupiat. Deinde in Hiſtoriarũ lectione, qui rectè verſari deſiderat, Polybii, nobilis illius Hiſtorici, hac in parte teneat præceptum; qui jubet ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἄγειν καὶ σωματοποιεῖν, hoc eſt, *uno veluti intuitu*

*comple-*

*complecti, & velut in corpus redactam hiſtoriam comprehendere.* Ut enim in cæteris artibus diſcendis primùm rectè utimur Epitomis: Ita quoque Hiſtoria in compendium ſeu Chronicon quoddam redacta, quæ omnium temporum ſeriem, imperia præcipua, & inſignes gentium mutationes contineat, priùs cognoſcenda eſt. Regnant verò & præſident in Hiſtoria duæ veluti Reginæ, *Religio* & *Imperia*. *Religio* ex Sacra & Eccleſiaſtica diſcitur Hiſtoria, cum qua cohæret Profana. At inter toc gentium imperia haud dubiè eminent illa, quas *Monarchias* adpellamus: quæ quum maxima fuerint Orbis terrarum imperia, reliquarum gentium Hiſtoria cum iis ſponte ſeſe conjungit, & inſinuat ei, qui univerſalis

Hiſtoriæ Ideam animo complexꝰ eſt. Inde Hiſtoriarum ſtudioſus ad Græcarum & Romanarum rerum Scriptores commodè progredi poterit. Neque tamen nimis ſolicitè axiomata Polytica aut Ethica ſtatim colligat. Illa enim creſcente judicio, &, quum diſciplinas iſtas cognoverit, ſua ſponte ſeſe ingerent lectori. Eſt quippe Hiſtoria vitæ humanæ theatrum, ad ſingula mundi tempora aptum. In quo ut natura hominum eadem manet; ſic ingenia, mores negotia, conſilia, eventus, errata etiam, & erratorum remedia eadem perpetuò durant. Perſonæ tantùm & actores fabulæ ſingulis ætatibus ſuccedunt novi; &, *nomine mutato, de te fabula narratur.* Præcipuè tamen Imperiorum & Rerumpublicarum notandæ ſunt

dæ ſunt *corruptiones* & *mutationes*, earumq́ue *cauſæ* & *occaſiones*, quarum catalogum texit Ariſtoteles Polit. Lib. V. Et rectè hîc faciunt, qui ad ſingulas Rerumpublicarũ formas cujusque propriam adferunt & conjungunt Hiſtoriam; Regiamq́ue adminiſtrandi rationem cognituri Regnorum evolvunt & inſpiciunt geſta: ac ſimiliter in cæteris quoque, cùm rectis tùm corruptis Rerumpublicarum formis cognoſcendis procedunt; & ex *multis exemplis ſingularibus extruunt & formãt præceptum aliquod univerſale.* Sed inſtituti noſtri ratio de hac ipſa re pluribus jam agere haud permittit; ad eam uberiùs explicandam aliàs dabitur occaſio; jam ad propſitum redeundum eſt. Qvum ex *Polybii*, Hiſtorici tam excellentis, ſententia,

quæ modò allata eſt, in Hiſtoriarum ſtudio feliciter verſaturo omnino neceſſariam ſit, quandam *univerſæ Hiſtoriæ Ideam* animo ſuo habere impreſſam ante, quàm ad ſingula monumenta *Herodoti, Dionyſii, Livii, Plutarchi, Polybii, Diodori, Cæſaris, Suetonii,* cæterorumque cognoſcenda accedat. Id quod conſtanti doctorum confirmatur auctoritate & exemplis: eumque in finem conſcripta habentur & circumferũtur Hiſtoriarum compendia quàm plurima, adeo, ut novum aliquod hîc excudere & Orbi obtrudere velle temeritatis & vanæ jactantiæ argumentum videri queat. Quid verò in cæteris illis jam pridem & nuper etiam editis deſiderare quis poſſit, non meum eſt cenſere. Tantum enim mihi nõ tribuo, ut de magnorum

viro-

virorum ſcriptis tenue meum cupiam interponere judicium. Hoc tamen profiteor, me ad hanc ipſam Ideam conſcribendam non auſo quodam temerario, nec jactandæ eruditionis cauſa, aut vana ſcribendi prurigine illectum; ſed MAGNI ET EXCELLENTIS VIRI, PATRONI NOSTRI, cujus ſumma omnia veneramur ac ſuſpicimus, autoritate jam ante decennium, & quod excurrit, adductum eſſe. Illius mandato & conſilio tum hæc noſtra conſcripta & adornata eſt Epitome, in quam juſſi ſumus transferre, ex veris & genuinis Hiſtoriarũ monumentis in *Eccleſia* & *Imperiis* geſta maximè *notabilia*; ac ſimul *præcipuas Regnorum & Rerumpublicarum obſervare mutationes*; ut in ea, tanquam in *Idea* ſeu *Tabula Univer-*

*ſitatis* quoddam Hiſtoriæ ſyſtema ſive corpus haberi & conſpici queat; per cujus partes cætera, quæ in Hiſtoriarum monumentis occurrunt dicta, facta, conſilia memoriâ dignâ, diſpertiantur. Eò in colligenda hac Epitome reſpiciens, veſtigiis mõſtratis dum inſiſtebam; quæ hîc adparet, mihi nata & efformata eſt Idea; eaq́ue viris eruditis, quibus illam videre contigit, adeo placuit, ut ab illo tempore, ex quo primùm conſcripta eſt, eam multoties oportuerit deſcribi. Quæ res effecit, ut deſcribendi curã effugiens, ad editionẽ hujus libelli compellerer; quem aliàs tanti non æſtimabam, qui inter tot præclara doctisſimorũ virorum compendia Hiſtorica aliquem mereretur locum. Exemplaribus autẽ ſecundæ editionis diſtractis, jam tertiam

adorna-

adornavimus prioribus pleniorẽ, quâ res noſtro ſeculo geſtas usque ad annum LXX notavimus. Tu verò B. L. his, ſi placet, fruere, ac benè V.

## Temporum in certas *Periodos* diſtinctio.

U*Niverſa temporum ratio memoriæ cauſa in certas rectè ſecernitur periodos.* Duæ *& vulgatiſſimæ ſunt æræ* Mundi Conditi & Chriſti Nati. *Has duas temporum partes in minutas iterum diſtingvimꝰ Periodos: ac in priori illa ætate à Mundo Condito usq; ad Chriſti Nativitatẽ* octo *notamus* Periodos. *Ex quibus* prima *à Mundo Condito initũ ſumit, deſinitq; in diluvio; continens annos 1656.* Altera Periodus *à diluvio incipiens, habet Noachi poſteros, Confuſionem linguarũ, & initium Monarchiæ Aſſyriorum: deſinit in migratione*

*Abra-*

Abrahami ex Haran, & facta promiſſione, continetq́ annos 367. Prima illa Monarchia à Nino uſq́ ad caſum Sardanapalli ſtetit annos 1300. Tertia Periodus complectitur annos migrationis Abrahami & Iſraëlitarum 430. Quarta Periodus initium ſumit in Exitu Iſraëlitarum ex Ægypto, & finitur anno, quo Templum Salomonis condi cœpit, anno ſcilicet ab Exitu 480. Quinta Periodus à ſtructura Templi uſq́ ad ejus conflagrationem pertingit, habens annos 427. Hinc Sextam Periodum conſtituunt 70. anni captivitatis, qui à deportatione Jechoniæ numerantur. Septima Periodus habet Monarchiam Perſarum, quæ ſtetit annos 228. Octava Periodus continet Monarchiam Græcorum, habetq́ annos à Dario ſuperato uſq́ ad Antonium victum annos 299. Inde annis 27. Chriſtus Salvator noſter natus eſt, in quo

*altera incipit* Epocha, *quæ iterum in minutas diſpeſcitur periodos.* Prima *à Nativitate Chriſti incipit, & in Conſtantino M. deſinit habens Imperatores Gentiles, & X. Perſecutiones Eccleſiæ; eſt annorum 300.* Secunda *eſt annorum 89. quæ à Coſtantino illo incipiens, in Imperii diviſione poſt Theodoſii M. obitum facta finitur.* Tertia *inde pertexitur usque ad Carolum M. qui Imperator declaratus eſt Anno C. 800.* Quartam *hinc perducimus Periodum usque ad Friderici II. obitum, qui contigit Anno Ch. 1250. Ac inde ad noſtra usq; tempora* quintam ſumimus Periodum.

# IDEA UNIVERSÆ HISTORIÆ cum SACRÆ, tum PROFANÆ.

## *Millenarius Primus eſt Longævorum.*

## HISTORIA SACRA.

CUm DEus Omnipotente ſua & divina virtute mundum ex nihilo produxiſſet, ſexto operationis ſuæ die hominem, illud creaturarum compendium, ex gleba terræ formatum Principem rebus impoſuit. *Geneſ. I Joſeph. Antiquit: l.1. c.2.* Hiſt. Sacr.

Primus homo *Adam* ex filio ſuo *Setho*, à quo pia exſtitit progenies nepotes & poſteros ipſe vidit

*Enos*,

*Kenan*,

*Mahalaleel*,

*Jared*,

*Henoch*, (qui ab illo ſeptimus vivus in cœlum translatus eſt)

*Mathuſalah*, omnium patriarcharum annoſisſimum: qui vixit annos 969.

*Lamech*, patrem Noah. Obiit Adam anno Lamechi 57. quum vixiſſet annos 930. *Gen. V.*

## HISTORIA PROFANA.

Hiſt. Profana. PRofana Hiſtoria de Mundi origine, ac rebus prima ætate geſtis, præter quasdam Poëtarũ & Philoſophorum fabulàs nihil quidquam habet. Divina enim providentia factum eſt, ut antiquior Moſe ſcriptor non exſtaret. Hic autem de omnibus illis divinitus edoctus primorũ temporum hiſtoriam in literas retulit, ducentis annis, antequam Græcis prima omninò literarum elementa innotuiſſent.

## *Millenarius Secundus eſt Diſperſionis gentium.*

## HISTORIA SACRA.

HUjus Millenarii An. 56. pro-gnatus *Noah*, quingentorum annorũ filios ſuscepit *Sem, Cham,* & *Japhed*, ante diluvium, quod contingit anno M. 1657. Cum ſuis in arca divinitus ſervatus Noah, deinde vitem coluit, ejusque tres filii in totidem Orbis partes diſperſi, multarum gentium exſtitere propagatores: Manſit tamen ſanctior religio in poſteritate *Semi*, cujus pronepos fuit *Heber*, à quo Hebræi nomen & originem habent. Hujus tempore *turris Babylonica* cœpit exſtrui: unde fabula de gigantibus cœlum expugnaturis nata, ſecutaque *linguarum Confuſio*, & *gentium diſperſio*. à quâ ille filium ſuum *Peleg* nominavit; qui natus erat anno M. 1757. In ſummo illius turris templum fuit Belo conſecratum, quod ſua ætate ſtetiſſe teſtatur Herodotus lib. 1. Hiſt. Sacr.

*Gen. v, vii. ix, x, xi. Joſeph. Antiq. l. 1. c. 3, 4. & ſeqq. Plin. l. 7. c. 56.*

## HISTORIA PROFANA.

Hiſt. Prof. PRima Monarchia *Aſſyriorum*, quæ fuit, in Beli Filio *Nino*, cœpit, & ad caſum & interitum Sardanapali, ſeculis tredecim inconcuſſa duravit. Ninus ad orientalem Tigris ripam urbem *Ninivem* condidit, & Babylonios debellavit. Babyloniorum regnum condiderat Nimbrodus; quod ab Aſſyriis ſubactum. Succedens uxor ejus *Semiramis Babyloniam* rebellem celerrimè recepit, morigeram exornavit. *Mediâ* luſtratâ, *Africam* vaſtavit, ac maximis præterea rebus geſtis à filio *Niniâ*, qui & *Zameis* appellatur, ob libidinem interfecta eſt *Diod. Sic.* l.2. c.1.2.3.4.5.6. *Juſtin. l.*1. *Strabo l.* XVI. *Julii Africani* fragm. in Euſebii Chronico. *Auguſt.* de civ. Dei lib.13. &16. *Oroſius lib.*1.

Circa medium noni ſeculi in Peloponneſo quidam *Ægialeus* regnum Sycionium erexit & *Europo* filio requit. *Africanus.*

*Millenarius Tertius*

*eſt Segregationis Abrahami e-
jusq; Poſterorum, Prophetarum, ju-
dicum & Regum usq; ad Aſſa.*

*(Memoriæ cauſa deinceps ſecula in
tres diſtinximus partes; Initium, Me-
dium, & Finem; quæ literis capitali-
bus,* I, M, & F. *notantur.)*

## SEC. I.

*Init.* hujus Milienarii anno 23. *A-
braham* pater credentium ab *E-
ber* Septimus cum eſſet annorum
75 divinis monitis excitatus ex
*Haran* in terram *Canaam* ſtirpi ſuæ
promiſſam conceſſit. Hiſt. Sacr.

E. *Sara* jam effœta *Iſaacum* ſu-
ſcepit, ab inſtituta circumciſio-
ne anno tertio Gen. 12. & 21. Jo-
ſeph. l. 1. c. 8, 10 & ſeqq.

## SEC. I.

## *Monarchia Aſſy-
ricrum.*

*Reliquorum poſt Niniam in hâc Mo-
narchia regum* Annii Viterbien-
ſis *impoſtoris Beroſus is, qui circum-
fertur, catalogum quidem texit. Sed* Hiſt. Prof.

*cum de hoc ipſo plerią; valde dubitent illumą; ſuppoſititium, ac adulterinum eſſe recte putent, eorum recenſione ſuperſedere ſatius exiſtimo, quàm incerta proferendo tempus inutiliter conſumere.* Geſnerus in Bibliotheca.

Sub finem primi Seculi *Inachus* Ægyptius, nauclerus peritus, unde *Oceani* & *Thetydos* filius eſſe fingitur, Argis in Peloponneſo regni fundamenta poſuit. *Pauſ.* l. 2.

MILL. III. SEC. II.

Hiſt. Sacr. *In. Iſaac è Rebecca* uno partu habuit *Eſavum* & *Jacobum* Hic obtentâ ortus prærogativâ *Iſraël* poſtea dictus, ex duabus, quas habebat, uxoribus, *Labani* filiabus, duodecim ſuſcepit filios, ſeminarium magnæ illius & omnium felicisſimæ gentis. *Gen.* 25. & ſeqq. *Joſeph.* l. 1. c. 18. l. 2. c. 3. & 4. Polygamiam illam ſingulari & extraordinaria ſua miſericordia DEUS toleravit in patribus, qui gentiũ, inter quas vivebant, conſuetudine ad eam fuerunt inducti.

SEC. II.

I. Thébis in Bœotia regiam

poteſtatem *Calydnus* ante Ogygem exercuiſſe ſcribitur à *Pauſania*, l.2. Hiſt. Prof.

M. Sub *Ogyge* à quo *Thebæ Ogygiæ*, & omnia antiqua Græcis *Ogygia* dicuntur, diluvium in Attica contigit, quod, cum ipſe Ogyges in eo periiſſe ſcribatur, *Ogygium* appellatur. *Euſeb. in Chron. Auguſt.* C.D. l.21.c.8.

MILL. III. Sec. III.

*In.* Ex Jacobi filiis *Joſephus* fratrum invidiâ indigne venditur, comparatâ in Ægypto dignitate, eodem Iſraeliticam famliam altero ſterilitatis anno jam exacto, tranſtulit, cum Jacob jam eſſet annorum 130. ab Abrahami migratione ex Haran annis 217. *Gen. 37, 41, 45, & 46. Joſeph. ant. l. 2.c.4.* Hiſt. Sacr.

MILL. III SEC. III.

I. In Ægypto *Themoſis* deleta Paſtorum Dynaſtia, novam eamque XIIX. conſtituiſſe traditur. Ea enim gens, ut omnium antiquisſima haberetur, ſeptende- Hiſt. Prof.

cim ante *Themoſin* finxit Dynaſtias. Quarum tamen ſeries initium mundi longe præcurrunt. *Fragm: Manethonis Sacerd. Æyptii apud Joſeph. l. 1. Antiq.* item *Africanu.*

## MILL. III. SEC. IV.

Hiſt. Sacr. F. Moſes ipſis Græcorum Diis antiquior natus eſt anno ab obitu Joſephi 65. *Exod. 2. Joſeph. l. 2. c. 5.*

## SEC. IV.

Hiſt. Prof. I. *Atlas & Prometheus* Aſtronomiæ peritisſimi hoc ſeculo floruere, de quibus: *Lac. l. 2. c. 1. Plin. l. 13. cap. 6. it. l. 7. c. 56.*

M. Eodem ſeculo *Æthiopes* Indo flumine deſerto, & ſinu Arabico trajecto novum ad noſtra uſque tempora durans regnum fundarunt. *Philoſtr. in vita Apollonii.*

F. Lacedæmone prima dynaſtia *Lelege* duce cœpit *Pauſ. lib. 3.* Eodem tempore *Cecrops Ægyptius*, regno in Attica per matrimonium *Actæi* regis filiæ Agraules obtento, *Athenarum* urbem cum *Areopago* exſtruxit *Pauſ. in Attic. Ath. l. 13.*

Mill.

## MILL. III. SEC. V.

I. *Moſes*, annos quadraginta natus occidit Ægyptium, & inde poſt 40 annos populum Iſraëliticum dura ſervitute preſſum (M) extra Ægyptum deduxit, anno hujus Millenarii 451. elapſis jam ab Abrahami migratione annis 430. Per deſerta multitudinē ducens, legibus in monte Sinæ à Deo acceptis, Iſraéliticam Rempubl. præclarè ordinavit cui cum præfuiſſet annos 40. tandem obiit annorum 120. *Exod. 12. Act. 7. Joſeph. Ant. l. 2, c. 6, 7.* & *l. 3 c. 1, 2, 3.* & *l. 4. c. 5. 6. 7.* Hiſt. Sacr.

## SEC. V.

M. *Diluvium Deucalionis* accidit anno hujus ſeculi 37: *Apoll.* Hiſt. Prof.

M. In Phrygia mortuo Teucro, ultimo ex indigenis rege, cujus anteceſſores ignorantur, devolutum eſt regnum per *Chryſen* ipſius filiam, ad *Dardanum* Samothraciæ regem. Hic *Palladia* à Mathematico quodam Aſiatico

confecta & pelle humana obducta dotalitiorum munerum loco cum uxore accepit, templo illa honoravit, & cognito de illis oraculo, diligenter asſervari curavit *Dion. Halic. l. 1.*

MILL. III. SEC. VI.

Hiſt. Sacr. I. *Joſue*, qui terras Canaan, pulſis loci regulis, occupavit & inter ſuos diſtribuit. *Joſ. 3. 4.* præfuit annis 25, ut *habet Joſephus*: in adminiſtranda rep. Judaica ſucceſſere primo *Othoniel*, ſeu *Athniel Jud. 3. Joſeph. l. 6. c. 6.* deinde *Ebud: Jud. 3.* Ab illius tempore *Judices* ſive *Duces* ea habuit per annos ferme *quadringentos*, *Jud. 1 & 3.*

SEC. VI.

Hiſt. Prof. I. *Danaus* quinquaginta filiarum parens *Argivo regno* potitus eſt: quarum opera totidem *Ægypti* fratris filios interfecit, evadente ſolo *Lynceo*, qui poſt regnavit. *Pauſan. in Lacon. & Corinth.*

Hoc

Hoc tempore *Ganymedes* Trois filius raptus eſt *Diodor l 5. c. 77.*

Accedit quoque fuga *Phryxi* & *Helles*; quæ è nave in mare prolapſa *Helleſponto* nomen fecit. *Pauſan. l. 7.*

## MILL. III. SEC. VII.

Rebus Judaicis hac tempeſtate Præfuêre. Hiſt. Sacr.

I. *Samgar. jud. 4.*

I. *Debora*, quæ adſcivit *Baracum*, belli ducem. *Jud. 4.*

M. *Gideon jud. 7.*

F. *Abimelech & jud. 9.*

F. *Thola, jud. 10.*

## SEC. VII.

I. In Italia *Janus* Apollinis & Creuſæ filius occupato monte Jani urbem exſtruxit, & *Aborigenum Latinorum* dynaſtiam fundavit. *Dion Hal. l. 1.* Hiſt. Prof.

M. *Cadmus* Agenoris filius, dum ſororem *Europam* à Cretenſibus raptam quærit, literas è patriâ Phœnicia in Græciam primus intulit, ac *Harmoniâ* Jaſo-

nis filiâ in matrimonium acceptâ, *Thebas* cum arce *Cadmæa* condidit. *Diod, l.ſ. cap.28.49. Priſcian. l.ſ.*

In Bœotia *Oedipus*, patre *Lajo* per ignorantiam occiſo, matrem *Jocaſten* in uxorem duxit. *Pauſ.l.2. Diod.l.ſ.c.66.*

## MILL. III. SEC. IIX.

Hiſt. Sacr. *Judices* & *Duces* hoc ſeculo apud Judæos exſtitere.

I. *Jair. Jud.* 10.
M *Jephte. Jud.*12.
M. *Ebzan. jud.* 12.
F. *Elon. jud.*12.
F. *Abdon, jud.* 12.
F. *Samſon.* lib *jud.* 13.

## MILL. III. SEC. IIX.

Hiſt. Prof. I. *Athenienſes* à *Minoë* Cretenſi deviĉti liberos ſuos *Minotauro* interficiendos tamdiu mittere coacti ſunt, donec à *Theſeo* ductu *Ariadnes* Minotaurus occideretur. Hic pòſt cum *Hercule*, qui multa egregia per Hiſpaniam, Galliam, Italiam, Siciliam & Ægyptum ges-

geſſit, magnam amicitiam coluit. *Diod. Sic. l.4. Plut. in Theſeo. Juſt. l.2.*

I. *Jaſon* in Colchidem profectus, *Medeâ* regis filia ſibi conciliata, pellem arietis auream cum immenſis theſauris abſtulit *Diod. Sic. l.4. c.49, 50. & ſeq. Galen. l. de Temper.*

M. In Phrygia *bellum Trojanum* conflatum, ac poſt decennium *Trojâ deletâ* finitum eſt. *Diod. Sic. l.2. Meſſala Corvinus de progen. Auguſt.*

F. In *Epiro* novum regnum erexit *Pyrrhus* Achillis filius: ab eo ad *Admetũ* multi fuêre, ex quibus *Moloſſus*, unde *Molloſſorum* nomen, omnium fuit celeberrimus. *Juſtin. l.17. Pauſan. in Corinth.*

F. Anno hujus ſeculi 69. in Italia *Aſcanius Æneæ filius Albam Longam* extruxit, & in ea ſedem ſuam fixit. *Livius L.1.*

MILL. III. SEC. IX.

I. Rempubl. Judaicam ſeculi initio adminiſtravit *Eli* Sacerdos. 1. Sam. 1, 2, 3. & 4. Hiſt. Sacr.

M. Dein-

M. Deinde *Samuel* Propheta, qui circa finem ſeculi populo avidè petenti primum regem fecit *Saulum*, regiaq; inſtituta præſcripſit. 1. *Sam. 8 & ſeqq.* Ei demum *David*, qui *Goliathum*, inuſitatæ magnitudinis virum, ſolus proſtravit, ſubſtitutus, magnis rebus geſtis in hoſtes, cum ſumma gloria regnum tenuit. 1. *Sam.17.& ſeqq.& 2 Sam.1. & ſeqq.*

MILL. III. SEC. IX.

Hiſt. Prof. M. *Ariſtodemus Heraclida* hoc tempore *Spartam* in ſuam poteſtatem redegit; & quum eo exſtincto, ejus duo filii *Euryſtenes* & *Procles* de regno convenire non poſſent, oraculi decreto, uterque regnare juſſus eſt. Duplex itaq; ab eo tempore regum familia fuit; *Euryſtenidarum*, qui & *Agidæ* à Filio Euryſtenis dicuntur & *Proclidarum*, qui & *Euripontidæ* ab ejus familiæ tertio vocati ſunt, *Vellej.l.1. Pauſan.in Lacon. Herod. l.6.*

M. In *Albione* quam nos *Britanniam* vocamus, *Brutus* Rutilo-

rum Rex, ſeu potius *Brito* furtivus ejus filius, interfectis gigantibus, primam Dynaſtiam fundavit, terram à ſuo nomine appellaſſe & *Londinum* exſtruxiſſe fertur. *Polyd. Virg in hiſt. Angl.*

F. In Attica *Codrus* decimus ſeptimus à *Cecrope*, & regum Atticorum *ultimus*, ex oraculi ſententia, pro ſalute Patriæ, in bello contra Dores in Peloponneſo geſto ſeſe offerens, victoriam ſuis obtinuit. Poſt eum mutata eſt Reip. forma, ac regiâ poteſtate imminutâ, *Archontes* perpetui ſunt conſtituti, qui rerum geſtarum rationem reddere tenebantur. *Valer. M. l. 4. c. 6. Pauſ. in Achaic. Strabo l. 14. Euſeb. in Chronicis.*

MILL. III. SEC. X.

M. In *Judæa* Davidis filius *Salomon* cum optima pace frueretur, rebus omnibus *affluens*, patris inſtitutum de exſtruendo templo ipſe complevit: Fundamentum iſtius *Templi* poni cœpit anno ab exitu Iſraëlitarũ ex Ægypto 480. ineunte. 1. *Reg. 1. & ſeqq.* Hiſt. Sacr.

Mil-

F. *A Salomonis diceſſu res Hebræorum in partes diſiectæ ſunt.*

*Rehabeam* enim, cum populus relaxationem jugi paterni petiiſſet, & ille ſe eum arctius habiturum ex juniorum conſilio reſpondiſſet, decem tribus, ſeceſſione factâ, *Jeroboamum* Ephraimitam ſibi regem ſumſerunt. 1. *Reg.* 12.

In *Judæa* poſt Rehabeam rex fuit *Abiam* 1. *Reg.* 15. & inde Poſt biennium *Aſſa*. 1. Reg. 15.

MILL. III. SEC. X.

Hiſt. Prof. I. *Nileus* alter Codri filius (*Medon* enim, etſi pede truncus, principatum Athenis obtinuerat) *Jones* in Aſiam traduxit qui eam partem, quæ *Jonica* poſt dicta eſt, occuparunt, ac multas præterea in Ægeo mari inſulas. Et hæc eſt *migratio illa Jonica*, qua Athenienſes egenam plebem in alios mi ſerunt fine *Strabo l.14. &c.*

I. Eodem fermè tempore *Celtæ* Pyrenæo monte ſuperato ad Iberi ripam conſederunt, & mixto

to cum Iberis ſanguine *Celtiberi* dicti ſunt. *Marian. l.5.c.9.*

M. *Tyrii* quidam naucleri in inſulam *Gades* coloniam duxerunt, & excurſu in Africam facto, *Uticam* condiderunt. *Vellejus.*

# *Millenarius Quartus*

*continet*

## Finem Primæ Monarchiæ & initium Poſtremæ.

### SEC. I.

I. *Aſſa* judæorum rex multitudinem ad militiam præparavit. Deinde à *Zara* Æthiopum rege exercitu, in quo decies centena millia & trecentos currus habebat, infeſtatus eſt: quem omnem exercitum divina ope ſubnixus fudit, ei ſucceſſit (2. *Chron.14.15* & 16) Hiſt. Sacr.

M. *Joſaphat* rex pius, qui miſſis per opida Prophetis & Levitis populum doceri juſſit, *1. Reg. 22. 2. Chron. 17.18, 19.2. Reg.3. Elias* & *Eli-*

*Eliſæus* hoc tempore floruere. 1 *Reg* 17. & *ſeqq* 2. *Reg* 2. 4. 6. 8.

M. *Joram* & impius & tyrannus, 2. *Reg.* 8. 2. *Chron.* 20 21.

M. *Ahaſia*, 2. Chron. 11.

M. *Athalia*, Jorami vidua, quæ omnem ſtirpem Davidicam exſtinguere cõcupivit. 2. *Reg.* 11. Sed ſervatus eſt (F) *Joas* interfectâ Athaliâ ad regnum ope Sacerdotis *Jojadæ* evectus eſt; poſt ejus obitum impius ab *Haſaël*, quem tamen mulieres placarunt, oppugnatus eſt. Demum *Zachariam* Jojadæ filium lapidibus obrui juſſit ingratiſſimus. 2. *Reg.* 12, 14. 2. *Chron.* 24. 25.

## MILL. IV. SEC. I.

## *Aſſyriorum Monarchiæ.*

Hiſt. Prof. M. Regum Aſſyriorum ultimus *Sardanapalus*, *Tonoſconcoleros* alias dictus, ob effeminatos mores & mollitiem ab *Arbace* Medo & Beleſe ſive Beleſo dejicitur regno-

regnoque exuitur. Arbaces rerum ita potitus Babyloniæ præfecturam Beleſo promiſſam conceſſit, anno hujus ſeculi 76. Poſtea tamen *Aſſyrii* pariter & *Babylonii*, excuſſo Medorum imperio libertatem recuperarunt; ut tria exiſterent regna. videlicet *Aſſyriorum*, *Medorum*, & *Babyloniorum*. Aſſyriorum regum certa ſeries non exſtat. Aſſyriorum regnum à *Cyaxare Medorum rege* deſtructum eſt. *Diodorus Sic. l.2.c. 24. 28. Herod.* in *Clio*, *Joſeph. l.10.c.3. Jerem. c. 50. Ezech. c.30. & 32. Calviſius.*

SEC. I.

I. *Homerus* centum annis poſt Jonicam migrationem & centum ac quinquaginta annis poſt bellum Trojanum vixiſſe fertur: Ejus verſus Piſiſtratus auro rependit. *Plutarch. de Homero.* Hiſtor. Prof.

M. *Lycurgi* legislatoris tutela cœpit annis 108. ante Olympiadum initium. *Pauſan. in Lacon. plut. in Lycurgo.*

F. Apud

F. Apud Tyrios, *Dido*, quæ & *Eliſa* vocatur. *Pygmalionis*, fratris ſui avaritiam & inſidias fugiens, in Africam ſe recepit, à rege *Hiarba* Punica interpretatione emit locum, quantus bovis corio tegi poſſet, ibidemque *Carthaginem*, poſitis bono omine fundamentis, condidit. *Juſtin, l.18. Strabo, l.17.*

## MILL. IV. SEC. II.

Hiſtor. Sacr. I. In Judæorum regno ſuccedens *Amaſia* paternæ cædis autores punivit, mercenarios Iſraëlitas dimiſit, *à Joaſo* Iſraëlitarum rege captus, Hieroſolyma mœnibus nud[illegible]ta, demum. 2 *Chron.* 25 2 *Reg.* 14. à conjurat[illegible]s occiditur.

I. *Jonas* Propheta hoc tempore docuiſſe ſcribitur, quanquam *Scaliger* eum ad præcedens ſeculum referat, 2. Reg. 14.

M. *Uſias* ſive [illegible]*ſarias* urbibus paſſim munitis, arma varii generis confecit: tandem in templo Domini incenſum adolere cu-

cupiens, leprâ percuſſus eſt, 2. *Reg.*14. 2. *Chron.* 25.26.

M. *Hoſea, Joel* & *Amos* Prophetæ floruerunt hoc tempore. *Hoſ.* 1. *Amos.* 4.

F. *Jotham* patris ſui exemplo cautior redditus, pietatem conſtantius exercuit, ac ideò felicior manſit, 2.*Reg.*16.

F. Sub eo vixit Propheta *Micha*, qui diutisſime docuit. Item *Eſaias*, qui regia ſtirpe prognatus ſub *Uſia, Jotham, Achaz*, usque ad tempora *Ezechiæ* annos videlicet 80. vel 90. docuit. Judæi ſcribunt eum à *Manaſſe* ſerrâ diſſectum eſſe. *Joſeph. Ant. l.*5.*c.*6. 2. *Chron.*24,15. *Eſ.*1.&6. *Jer.*26.

## MILL.IV.SEC.II.

M. Circa annum hujus ſeculi 40. in *Macedonia*, olim *Emathia* dicta, novi regni fundamenta à *Carano* Heraclida jacta ſunt. *Edeſſa* enim caprarum ductu occupatâ, regulisque variis pulſis, ex variis gentibus unum Macedoniæ corpus fecit. *Juſt.l.*7. *Pauſ.l.*9. Hiſtor Prof.

M. Tem-

M. Tempore Uſiæ regis inter gentes floruit *Heſiodus* poeta. *Porphyrius in Philoſoph. & Cyrillus.*

M. In Italia mortuo *Proca Amulius Numitori* fratri regnum extorſit & unicam ipſius filiam *Rheam*, ut omnem ſpem prolis præcideret, Veſtali igni cuſtodiendo deſtinavit. Verum Rhea à Marte quodam compreſſa *Romulum* & *Remum* peperit, qui cùm Amulii juſſu in profluentem abjiciendi eſſent, in proxima alluvie expoſiti à *Fauſtulo* paſtore inventi, & ab uxore ejus educati ſunt. *Plut. in Remo. Liv. l. 1. Flor. l. 1. c. 1. Dion Hal.*

F. *Olympiadum initium* incidit in annum hujus ſeculi 74. *Pauſan. l. 5 Scaliger, Calviſius. Helvicus.*

F. *Romulus*, Amulio obtruncato avoque Numitore reſtituto, *Romam* condidit anno ſeculi hujus 98. Olympiadis 7 anno 1. *Liv. l. 1. Dionyſ. Hal. l. 2. Plut. in Rom.*

F. *Spartæ* hoc tempore regnavere *Nicander* & *Theopompus* nepos. Hic cum reges Spartæ ob libertatis

tatis ſtudium non ſatis tutos videret, ad contrarias artes confugit, & *quinque Ephoros*, penes quos eſſet reges poteſtate privare, eosque in vincula conjicere, inſtituit, *Pauſ. in Lacon; & Corinth. Emmius in Rep. Spart.*

## MILL. IV. SEC. III.

I. *Achas* vel *Ahas* rex Judæorum idololatra, Hieroſolymis à *Pecah* Iſraelitico & *Rezine* Syro obſeſſus *Thiglathphulaſſarem* eis oppoſuit. 2. *Reg* 15. *Joſeph. lib.* 9. *c.* 12. & 13. Sub eo vixit Propheta *Habacuc*, quod ex ipſo colligitur, *Calviſius* tamen eum ad initia ſeculi ſequentis rejicit. Hiſtor. Sacr.

M. *Ezechias* peſſimi patris optimus filius, verum Dei cultum & Politiam reſtauravit. *Senacheribo* Hieroſolymas obſidente, Angelus Domini Asſyriorum militũ ad CLXXXV. M. una nocte interfecit. De ſanitate recuperãda miraculo in motu Solis retrogrado facto confirmatus eſt Ezechias. Deinde *Mardokempadi* Babyloniorum

orum regis legatos in hunc miraculoſum Solis regreſſum inquirentes audivit. 2. *Reg.* 17. 20. *Eſai.* 36. 39. 2. *Chron.* 32. *Joſeph. l.* 10. *c.* 1. 2. Ejus tempore Iſraeliticum Regnum eſſe deſiit; & *Nahum* Propheta floruit *Nah.* 3.

F. *Manaſſes* optimi patris peſſimus initio filius (quare à Babyloniis captus in triumpho ductus, & duro carcere incluſus eſt: neque citius inde exivit, quàm pœnitentiâ Deum placaſſet) diutius quàm quiſquam alius regum Judæorum imperio præfuit, annos videlicet LV. 2. *Reg.* 21. 2 *Chron.* 33. *Joſeph. l.* 10. *antiq. c.* 4. *Eſaias* lignea ſerrâ diſſectus ſcribitur.

## MILL. IV. SEC. III.

## *Aſſyriorum.*

I. *Teglathphalaſſar* expeditione in gratiam Achaſi facta *Damaſcum* vi expugnavit, *Reſinem* obtruncavit, *Pecah* proſtravit, *Galilæam* ſibi ſubjecit & tribum *Naphthali*

*thali* in Aſſyriam abduxit. Ei ſucceſſit *Salmanaſſer*, qui *Hoſeam* Pecahi in Iſraële ſucceſſorem tributarium ſibi fecit, eumque rebellem deinde cepit, & *Samariâ excisâ* decem iſtas tribus alio transportavit. Anno hujus ſec. xxiix. *2.Reg.15.16.17.18.*

M.*Sennacherib* ex Hieroſolymitana expeditione domum reverſus à filiis occiſus eſt, quibus populari tumultu ejectis, regnum *Aſſaradoni* minori natu fratri ceſſit, *Joſeph.l.10.Ant.c.2.* Hoc deinde regno & vita exuto à *Merodacho*, deſiisſe *Aſſyriorũ imperium* & Chaldaico ſ. Babylonico junctum vulgo putatur. Verum ex *Herodoto* & *Joſepho* patet, Asſyriorum regnum centum & amplius annis poſt Merodachum à Medorum rege *Cyaxare* capta Ninive ſubactum. *Herodotus in Clio Ioſeph. l. 10. c.2.*

## MILL. IV. SEC, III.

## *Romanorum.*

M. *Romulo* è populi conſpectû repente ſublato ſucceſſerunt per vices curiarum patres, quorum imperio cum ſe premere fremeret populus, ſuſceptus eſt in Regem *Numa Pompilius*, qui ſuos religionem docuit, ejusque leges ſe ab Egeria Dea accipere venditabat. *Flor, l. 1. c. 1, 2. Liv. Dion. l. 2.* Verum omnis illa Livii, de Romanæ gentis origine, hiſtoria eſt incerta.

F. Numæ ſuccesſit *Tullus Hoſtilius*, qui artem bellandi & diſciplinam militarem inſtituit. Albanos commisſis *Curiatiis* & *Horatiis* ſubegit, & demum, cum bello Fidenate fidem frangerent, *Metium Suffetium* Albanorum dictatorem inter duos currus religatum equis diſtraxit, *Albâq; dirutâ*, ejus civitatis incolas Romam transtulit. *Flor. lib. 1. c. 3. Liv l. 1. c. 28. Dion. Hal. l. 3. c. 1. Macrob. l. 1. Sat. c. 6.*

Mill.

## MILL. IV. SEC. III.

# *Varia.*

I. In *Chaldæa*, quæ Asſyriæ & Meſopotamiæ pars, inſtituit novam Babylone Dynaſtiam *Nabonaſſar, Baladan* aliàs dictus. *Ptolemæus* & *Cenſorinus* novam ab eo æram deducunt. *Ptol.l.*3.&4.

I. Inter *Spartanos* & *Meſſenios* ortum eſt vicennale bellum *Strabo l 8. Pauſan. in Meſſ. & Lacon.*

M. In *Lydia Candaules* uxoris ſuæ inſtinctu interfectus ſucceſſorem habuit *Gygen. Euſeb.*

F. Inter *Spartanos* & *Meſſenios* alterum bellum exarſit auctore *Ariſtomene*, viro forti, cujus cor hirſutum fuiſſe ſcribunt. *Strab.l.8.*

F. Athenis *Archontibus* mollitie diffluentibus, fundata eſt à ditioribus *popularis Reſpublica*, & *Novem Magiſtratus* inſtituti ſunt. *Meurſ. in Archont. l.1.c 9.*

## MILL. IV. SEC. IV.

Hiſt. Sacr.

I. *Manaſſæ Amon* filius ſuccesſit,

quo ob improbitatem mox ſublato, regnum devenit ad (2. Reg. 21.)

I. *Ioſiam* adhuc impuberem, qui adultus verum Dei cultum reduxit, fidum in ea re paraſtatam habuit *Ieremiam*, cujus coætaneus fuit 2. *Reg.* 22. 23. 2. *Chron.* 35. *Ioſephus l.* 10. *c.* 5, 6. *Cunæus l.* 1. *Reip. c.* 14.

M. Defuncto Joſia à ſuis ad regnum evectus eſt *Ioachas*: Sed poſt tertium imperii menſem eum cepit & in Ægyptum miſit *Pharao Necho*, eique ſubſtituit *Iojakim* alterum filium Joſiæ. Sed tertio anno *Nebucadnezar* victo *Nechone* Hieroſolymam deditione cepit, *Danielem* cum ſociis Babylonem miſit, & tributum *Iojakimo* impoſuit: id quum paulo poſt pendere negaret, captâ denuo urbe *Iojakimum* ſupplicio affecit, eique ſubſtituit *Iechoniam*, qui tertio imperii menſe Babyloniam deportatus eſt, quo ipſo anno ſc. hujus ſeculi 50. *Septuaginta*

*ginta Babyloniæ captivitatis anni* incipiunt. *Ierem.* 47. 2. *Reg.* 23. 24. 2. *Chron.* 36.

F. *Zedechias* à Nebucadnezare ad regnum evectus. Cum vero rebellaſſet, Nebucadnezar Hieroſolymis captis, Zedechiam oculis privavit, & Babyloniam traduxit, interfectis Principibus, templum, regiam & civitatem igne ſuccendit. Sic finis regno Judaico impoſitus eſt. *Ieremias* è fovea, in quam regis juſſu fuerat conjectus, liberatus & occiſo Gedalia, in Ægyptum cum reliquiis populi migravit. 2. *Reg.* 25. *Ier.* 39, 40, & 52. *Ioſephus l.* 10, *c.* 6, 7, 8, 9, 10, 11.

## MILL. IV SEC. IV.

## *Babyloniorum.*

Nabopollaſari patri ſucceſſit *Nebucadnezar*, qui ſomno coloſſum illum viderat, cujus revelationem & interpretationem à *Daniele* accepit. Ille exciſo regno Judaico *Tyrum* obſedit; *Ægyptum* Hiſt. Profana.

compeſcuit; *Lydiã* invaſit; ad Herculis columnas pervẽit, & in *Iberiã* trajecit. Inde redux reliquias Judæorũ per Nebuſaradanẽ in Babyloniã traduxit & Babylonem variis ſtructuris exornavit, ob ſuperbiã mente alienatus, poſt ſeptennium tandem reſtitutus eſt. *Joſeph. l. 10. Antiq. Jerem. c. 52.* Nebucadnezare mortuo regnum Babylonicum labaſcere cœpit. *Evilmerodach* enim ab affine Neriglosſorore circumventus eſt, *Belſazar* autem laſcivior, manu in tectorio parietis ſcribente territus, à familiaribus oppreſſus interiit. Poſt eum *Darius Medus* ad regnum evectus diſpari fortuna regnavit, & deinum à Cyro victus, ac regnum Babylonicum ad Perſas ita translatum eſt. *Megaſthen. ap. Euſebium, l. 9. de præp. Evang. Beroſus ap. Joſephum l. 10. Ant. & lib. 1. contra Apionem. Oroſius lib. 2. c. 19. Herod. l. 1. Juſt. l. 1. Diodor. Sic. l. 2. cap. 34.*

MIL-

MILL. IV. SEC. IV.

# *Romanorum.*

Poſt Hoſtilium cum familia incendio abſumptum *Ancus Martius*, Romanis præfuit: is *Latinos, Fidenates, Sabinos* & *Volſcos* devicit. *Aventinum* & *Janiculum* urbi addidit, & *jus feciale* ab Æquicolis tráſtulit. *Dion. l. 3. Liv. l. 1.*

M. Ei ſucceſſit *Tarquinius Priſcus* filiorum anteceſſoris tutor, qui interceptum regnum ita adminiſtravit, quaſi jure id adeptus fuiſſet, *Dionyſ. Hal. l. 3. c. 59. Flor. l. 1. c. 4. Liv. l. 1. c. 34. Strab. l. 5 & 8. Tacitus Ann. l. 11. Plin. l. 35. c. 3. & 12.*

F. Tarquinio ſucceſſit *Servius Tullius*, qui regnum dolo partum ſic egit induſtriâ, ut jure adeptus videretur; *cenſum*, variaque officia inſtituit & ordinavit, *Dion. Hal. l. 4. c. 1. Flor. l. 1. c. 6. Liv. l. 1. cap. 39. Val. Max. l. 3. c. 4. Plinius l. 36. c. 27. Auctor de Viris illuſtr. in Tull.*

MILL. IV. SEC. IV.

## *Varia.*

M. Athenis *Archon* fuit *Draco*, qui Athenienſium Democratiam legibus ſangvine ſcriptis formavit, exiguis culpis etiam capitalem pœnam asſignavit; ſancivitque, ut *animâ carentia* urbe *agroque exterminarentur, ſi qvi forte eorum corruens hominem interemiſſet. Plut. in Solone. Anacharſis* Scytha *anchoram & rotam figuli* invenit, *Laert. l. 1.*

(M) Eodem tempore floruit *Anaximander* primus *gnomonis* inventor. *Laert. l.* 2.

M. *Thales* Mileti natus[Solis defectus & converſiones primus prædixit. *Diog. Laert. l. 1.*

M. *Solon* Athenis Archon factus Draconis leges abrogavit, ſenatum 400. virorum invexit, & Remp. melius ordinavit, multaque alia præclarè gesſit. *Plut. in Solono.*

M. Poſt Cyaxarem, *Medorum Rex* ultimus fuit *Aſtyages*, qui in ſomniis de nepotis magnitudine mo-

monitus *Mandanem* filiam *Cambyſi* Perſæ, mediocris conditionis viro, in matrimonium dedit; & filium *Cyrum* ex eo natum occidendum *Harpago* commiſit; ſed hic negotium illud pecoris regii paſtori commendavit, qui miſericordia motus puerum pro filio educavit, *Juſt. l. 1. Herod. l. 1. Val. Max. l. 1. cap. 7.*

M. *Cyrus* deinde ab Harpago concitatus bellum Aſtyagi avo ſuo materno intulit, eumque difficili prælio victum cepit. Unde *Perſarum Monarchia* initium cepit, videlicet anno hujus ſeculi 91. Olymp. 55 *Juſtin. l. 1. Herod. l. 1.*

## *Monarchia II. eſt Perſarum.*

### MILL. IV. SEC. V.

I. *Judæi* duce *Zorobabele* & *Joſua* in patriam à *Cyro* remiſsi ſacrificium & templum inſtaurare cœperunt: ac facile ultima manus imponi potuiſſet, niſi illud opus Hiſtor. Sacr.

Samaritanorum invidia & Cyri infelix expeditio intercepiſſent, *Joſ.l.11.Ant.c.1. Eſr.4. Hagg.1.*

Hiſt. Prof. I. *Cyrus* Perſa, ſecundæ Monarchiæ autor, *Crœſum* naſcentem potentiam in herba ſuffocare conantem vicit, Lydiamqve ſubegit. Deinde *Babylone* capta *Darium* Medum ad deditionem compulit, quem tamen Caramaniæ præfecit. Babylonicum regnum adjunxit ſuo, anno hujus ſeculi 19. quo ipſo anno Judæorum captivitatem ſolvit *Herod.l.5. Juſt.l.1.* Poſt hæc in *Maſſagetas* expeditionem ſuſcipiens à *Tomyri* eorum regina victus & occiſus eſt, *Oroſ.l.2. Cicero in Cat. & 1. de div. Strab.l.11. Diodor. Sicul.l.2.c.11. Lucianus in Charonte.* Sepulcri tamen ejus meminerunt *Curt.l.1.c.1. & Strabo. l.15.*

I *Cambyſes* patri ſuccedens *Pſammenitum* Ægyptium victum cepit. Somnio deceptus fratrem interemit, ſororem, quod parricidii mentionem injiceret, è medio

dio ſuſtulit, *Prexaſpen* vinolentiam exprobantem, excuſſa in filii ipſius cor ſagitta refutavit. Ex vulnere ſibi caſu illato interiit; hoc ſolo laudandus, quod *Siſamni* injuſto judici cutem detrahere juſſiſſet. *Athenæus Dipnoſoph. l.3. Herod. in Euterpe & Thalia Juſt. l. 1. Diodor. Sic. l.1.* *Magorum* imperium *ſeptimo menſe* à totidem proceribus ſublatum eſt, *Herod. l. 3. Juſtin. l.1. Cteſias ap. Photium.*

M. Equi primum hinnientis applauſu ad regnum evectus *Darius Hyſtaspis.* Hic Babylonios rebelles per *Zopyrum* transfugæ perſonam ſumentem proditos ſubegit. In *Scythas* infeliciter movit: Ejus exercitus à *Miltbiade* Athenienſi in campo Marathonio profligatus eſt. Quo minus id bellum reſtaurari poſſet, Ægyptiorum defectio, & filiorum de ſucceſſione controverſia effecit, quam ejus mors ſecuta eſt, *Herod. l.3. & 5. Cic. l. 9. ad Att. ep. 20 Thucyd. l. 6. Juſt. lib. 1. & 2. Cteſias ap. Photium.*

*Oroſ.*

*Oroſ.l.2. Nepos.in Milt. Valer. Maxim. l.9.cap.2. & l 7. cap.3. Plutarch. in Apoph. Regum.*

M. *Xerxes* Darii filius ex Cyri filia natus, in ſacris *Ahaſverus* dictus, *Eſthræ* maritus, *Ægyptium* bellum feliciter confecit; *Græcum* tamen, licet magnis copiis ſuſceptum, peſſimè ceſſit. Græcorum in hoc bello præcipui duces fuere *Eurybiades, Leonidas, Themiſtocles, Pauſanias, Ariſtides, Herod.l.7.& 9. Juſt l.2. & 3. Plut. in Themiſt. Diod.l.11. Oroſ.l. 2.c.4. Joſeph.l.11. Antiq.c.5. Seneca l.7. de conſtant. Sap.c.14. Val. Max.l.3.c.2. & l 9.c.5. Sveton.in Calig.c.19. Curt.l. 5.c.7. Corn. Nep.in Themiſt. & Ariſtide Plut.in Them. Pauſan.in Lacon & Bæoticis Strab.l.9. & 14. Corn. Nep.in Reg. c.1.* Xerxes demum à patruo *Artabano* occiſus eſt. *Artaxerxes Longimanus* Artabanum ſibi inſidiantem interfecit, & regnum egregiè adminiſtravit per annos 40. *Ægyptios* rebelles per duces ſuos compeſcuit. *Fœdus* cum *Athenienſibus*, accepta prias per *Cimonem* clade,

clade, iniit, & Græcas per Aſiam colonias liberas eſſe juſſit, princeps ſane modeſtus & humanus *Diod.l.*11.*Juſtin.l.*3. *Thucyd.l.*1. *Plutar. in Themiſt.Nepos in Themiſt-Diodor.l.* 11. *cap.* 67.

## MILL. IV. SEC. V.
## *Romanorum.*

I. *Tarquinius Superbus* Tullium ſocerum ſuum, conſcia etiam uxore, Tulii filia, interfecit. Vincula, laminæ, compedes, catenæ, exilia, metalla, carceres illi ut autori adſcribuntur. *Gabios* proditione occupavit, & ſummis paperum capitibus decusſis in officio continuit. *Flor.l.*1.*c.*7. *Livius l.*1. *&* 2. *Halic.l.*4.

M. *Tarquiniis* ob crudelitatem & libidinem Roma ejectis, *bini* quotannis *Conſules* delecti ſunt. Primi fuere *L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus:* Huic verò ex urbe dimiſſo *Valerius Publicola* ſubſtitutus eſt. *Regifugium* iſtud contigit anno hujus ſeculi 42. Hinc à

*Por-*

*Porſenna* & *Sabinis* infeſtati ſunt Romani, ac paulò poſt acceſſit contra *Latinos* ac *Fidenates* expeditio, in qua *dictatores* primum creati ſunt, exortis etiam de ære alieno turbis plebs duos initio *Tribunos* obtinuit. *Diodor. libr.* 12. *Oroſ. lib.* 2. *Flor. lib.* 1. *Liv. lib.* 2. & 3. *Dion. Hal. l.* 4, 5, 10, 11.

## MILL. IV. SEC. V.
# *Varia.*

I. Athenis *Piſiſtratus* undecimo exilii anno receptus eſt, ſed iterũ pulſus comparato exercitu, & victis ad Marathonem Athenienſibus *Tyrannidem* formavit. eámque tam moderatè exercuit, ut & Solonis legibus ſe ſubjiceret & homicidii cauſam in Areopago diceret. Primus Athenis bibliothecam aperuit, *Herod. l.* 4. 5. & 6. *Juſtin. l.* 2. *Thucyd. l.* 1. & 6. *Oroſ. lib.* 2.

M. Mortuo Athenis Piſiſtrato *Hippias* & *Hipparchus* iſtius filii tyrannidem aliquandiu obtinuere. Hic

re. Hic autem ab Harmodio & Ariſtigitone occiſus eſt. Cujus mortem cum vindicare ſtudet Hippias, â Lacedæmoniis oppugnatus, Attica excedere cogitur. Inde Athenienſes omnium primi in Græcia tyrannicidis publicè ſtatuas poſuere. *Pauſ. in El. poſt. Juſt. l.2. Herod. l.5. Plin. l.3,4, c.4.*

MILL. IV. SEC. VI.

I. Hoc tempore *Haggæus* & *Zacharias* Prophetæ docuerunt *Hagg. cap.1. Zach. c.2. Eſr. c.5.* Darium *Nothum* eſſe inſtauratorem templi Hieroſolymitani cenſet *Scalig.* Hiſt. Sacr.

M. Tempore Mnemonis docuit *Malachias* Prophetarum Vet. Teſt. ultimus. Ab eodem Mnemone *Esdras* Hieroſolymam dimittitur; deinde etiam *Nehemias*, *Eſr.7, Neb. c.2.13. Mal.1.*

## SEC. VI.

## *Perſarum Monarchia.*

I. *Xerxes* II. dum crapulam, cui ſupra

ſupra modum deditus erat, edormit, altero regni menſe interficitur *à Sogdiano*, qui, cum deinde Dario etiam inſidiaretur, ab eodem in cineres conjectus eſt. *Diodor. lib. 12. cap. 64. Cteſius apud Photium.*

I. *Ochus*, â Græcis, quod â pellice natus eſſet, *Nothus* appellatus, ſumpto Darii nomine egregium ſe præbuit. *Pauſ. in Eli. poſt. Diod. l. 12. Juſt. l. 5. Cteſ. l. 18 Val. Max. l. 9.* Imperavit annos 19. Fuit inſtaurator templi Hieroſolymitani. Succesſit.

M. *Artaxerxes Mnemon.* Ejus fortuna in bello primum adverſus fratrem Cyrum proſpera fuit: Deinde mediocris contra Lacedæmonios & cæteros Græcos: & tandem adverſa. Nam ejus expeditio in Ægyptum irrita facta eſt, & nonnulli ſatrapæ, ipſiusque filius Darius ab eo defecere *Xenophon de Exped. Cyri.* Idem *hiſt. Gr. l. 4. Diod. l. 14. c. 20. Juſt. l. 5, 6. Plut.* *in Ar-*

*in Artax.Oroſ.l.2.c.18.* Regnavit annos 43. Succesſit.

F. *Artaxerxes Ochus* regum Perſarum crudelisſimus, à quo *Sidon* urbs obſeſſa,& qvod Ochus ſupplices jaculis confixiſſet,deſperatâ ſalute urbs illa ab ipſis exuſta eſt opidanis. Alterum bellum gesſit in *Cyprios.* Tertium contra *Nectanebum* Ægyptium. Occiſus eſt opera Eunuchi *Bagoæ*, qui cadaver felibus projecit, ejusque oſſa in gladiorum manubria convertit: quum regnaſſet annos 23. *Diod.l.17.c.5. Ælian. Var. Hiſt.l.6.c.8. Juſt.l.10.c.3.Val.Max.l.9.c.2.*

## MLL. IV. SEC. VI.

## *Romanorum.*

I. Primo hujus ſeculi anno *Decemviri, Principes ſine provocatione* facti, inciſis in 12. tabulis legibus, quum poteſtate ad tyrannidem, quam præcipuè *Appius Claudius* exercebat, abuterentur, *Conſularis Magiſtratus* reductus eſt, ita, ut ſubinde *Tribuni militum* eorũ poteſta-

teſtate armarentur. Conſules reducti, qvod plebs tributum ſciſceret, & nequid magiſtratus ſine provocatione faceret, decrevere. Plebs, ut Patriciorum & plebis conjugia miſcerentur & Tribuni militares ex utrisque fierent, promiſcuè obtinuit. Anno hujus ſeculi 62. ab v.c. 365. Roma *à Gallis* capta; ſed *à Camillo* liberata eſt, *Diodor. l. 14. Liv. l. 5. Eutr. l. 1. Florus l. 1. Aurel. Vict. de viris ill. Juſtin. l. 10.*

## MILL. IV. SEC. VI.

## *Varia.*

I. *Athenienſes* præter alia multa bella, *Peloponneſiacum* per annos 27 exercuit. cui bello interfuit *Thucydides*, illudque ipſe bona fide deſcripſit. Ejus ſtylum adeò probavit Demoſthenes, ut eum octies deſcriberet *Halic. in Herod. Plutarchus in Pericle Nicia & in Pericle & Cimone. Diodorus l. 11, 12, 13. Scholiaſtes Ariſtoph. in* Εἰρήν. *Juſtin. l. 3, 4, 5. Oroſ. l. 2.* Poſt decennales datas & acce-

acceptas clades, Autore *Nicia* Athenienſium duce pax in *quinquaginta* annos conſtituta eſt, quæ ab auctore *pax Nicia* appellatur: ſed ea non multum à bello abſuit. Bellum iſtud demum confecit *Lyſander* Lacedæmonius, qui captis Athenis *triginta Tyrannos* urbi impoſuit. *Nepos in Lyſand. & Alcibiad. Plutarchus in Lyſand. Thucyd. lib. 5.*

M. Illo ipſo anno, quo Roma à Gallis capta eſt, *Antalcidas* Spartanus ab Artaxerxe Mnemone impetravit, ut edictum promulgaret, quo pax inter Græciæ civitates conſtituta & confirmata eſt, eaque appellata *Pax Antalcidæ*, cui Græci tot malis feſſi paruere. *Dionyſius* in Sicilia tyrannidem occupavit *Diod. l. 14. 16. Juſt. l. 19.*

F. Sed tamen paulò poſt, & ultimis Artaxerxis annis, accidit *pugna Leuctrica*, in qua Thebani, *Epaminonda & Pelopida* ducibus, Lacedæmoniorum vires prorſus obtrivere. *Nepos in Pelop. & Epamin.*

*min: Xenoph: libr:* 5. *Diodor: l.* 15.

F. In Macedonia *Philippus* obſcuram regum Macedoniæ familiam rebus egregiè geſtis in lucem protraxit *Juſtin. l.* 7. *Diod. l.* 16.

F. In Græcia porro bellum *Sociale* & *Sacrum* exarſere. *Diod. l.* 16.

MILL. IV. SEC. VII.

Hiſt. Sacr. M. *Jaddus Pontifex* ſtolâ ſuâ ornatus, quum occurriſſet Alexandro, ab eo hônore affectus eſt. Jaddi frater indultu Alexandri novum templum in monte *Garizim* ædificavit. *Joſep: l.* 9. *c.* 11. & *ultimo*.

MILL. IV. SEC. VII.

## *Res Perſarum.*

Hiſt. Prof. I. *Ocho* occiſo, omnes etiam ejus filii, excepto *Arſe* ſublati ſunt. Sed & hic rex factus, poſt tertium annum à Bagoa extinctus, *Diodor: lib.* 17 *cap.* 5. *Arian: lib.* 2. *Strab. lib.* 15.

I. Eum excepit *Darius Codomannus*, Ochi patruelis Bagoæ amiciſſimus, qui promotorem ſuum infi-

inſidiarum ſuſpectum, venenum quod propinare voluerat, bibere coëgit *Diodor: l.17.c.15. Juſt: l.11.* Hic tribus præliis ab Alexandro M. victus cum vita regnum amiſit anno regiminis ſexto. Ita Perſarum Monarchia eſſe deſiit *Juſt.l.11. Plut:* in Alex: *Curtius libr. 3. & 4. Diodor: lib: 17.c.19: Herod: l.3. Arrian: lib.2.*

*Monarchia Græcorum initium ſumit ab ingreſſu Alexandri in Babylonem, qui accidit anno hujus ſeculi 20. inde anno ſexto febri correptus interiit. Poſt Alexandri obitum inter Duces provinciæ diſtributæ ſũt, qui regia Alexandri prole ſublatâ reges appellari voluerunt. Juſt. l. 12. Curtius l. 10. Freinshemius in Supplem. Curt. l.1. & 2. Plutarchus in Alexandro. Diodorus l.17.*

MILL.

MILL.IV. Sec.VII.

# IN MACEDONIA.

M. Ad *Macedoniæ* regnum, poſt Alexandrum evectus *Philippus Aridæus*: cui adjunctus eſt *Perdiccas* copiarum Præfectus. *Curt: l.10.c.*; *Diodor: Sic: l.18: Juſtin: l.13.c.3. Pauſan: in Atticis Oroſ: l.3.c. 23. Ptolemæus ap. Athenæum l. 13. Arrianus ap. Photium Porphyrius ap. Scalig: Dexippus.* Sed tamen Macedoniæ regnum, *Caſſander*, deletâ Alexandri ſtirpe, demùm obtinuit: Ejus deinde filii *Antipater* & *Alexander* de regno contendentes eo excidunt. Hic enim à *Demetrio* Poliorceta, qvem accerſiverat, occiſus eſt, regnumque occupatum: & alter à Lyſimacho ſocero interfectus, *Curt: l.10. Juſt: l: 13, 16, 17. Diodor: l.18, 19, 20, 21. Plut: in Demetrio & Pyrrho.*

F. Poſt varias vices hoc regnũ, cedentibus Gallis, recuperavit *Antigonus II.* cognomento *Gonatas*, obtinuitque annis 36. *Plutarchus in Pyrrho. Juſt: l.17. Porphyrius.*

MILL.

MILL.IV.Sec.VII.

## *In Ægypto.*

M. *Ægyptum* obtinuit Ptolomæus Lagi Filius regnavitque annos 40. *Joſeph.l.12.c.1. Porphyrius ap:Scalig:juſt:l:13.c 4. Arrian:l.6.Diod: Sic:l.18.c.14. & 39 Dexippus apud Photiū c.1.82. Oroſ.l.3.c.23. Curt:l.10.c.10.*

F. Ei ſucceſsit filius, quòd Sororem germanam in matrimonio haberet, *Philadelphus* dictus, Bibliothecam congeſsit, in qua ſepties centena millia voluminum aſſervabantur. Regnavit annos 38. *Juſtin lib: 17,25,26, 27. Athen: lib: 12. & 13. Porphyrius dict. l. Euſeb. num.1722. Pauſanias in Att: Strabo lib. 10.*

MILL.IV.Sec.VII.

## *In Syria.*

M. *In Syria* novam Dynaſtiam erexit *Seleucus*, à victoriis *Nicanor* dictus; regnavit annos 30. *Appianus in Syriacis Juſtin: lib.cap.2.Joſeph: lib.12.*

M.Se-

M. Seleuco occiſo ſucceſſit *Antiochus Soter*. In ejus vita ſola lis occurrit, quam Antigono de Macedonia movit. Regnavit annos 21. *Juſtin:l.17. cap:2. Excerpta Græca ap: Scaliger: Diodor: Sic: in Exc: Peireſc:p.263.*

F. Eum excepit *Antiochus Theos*, cui diuturnum fuit bellum cum *Philadelpho*. Regnavit annos 15. *Excerpta Græca Scaligeri. Joſeph. Antiq. l.12.c.3. Appianus in Syriacis. Nic: Damaſ: in Exc: Peor: p.503. Val. Max. l.9.c. 14. Plin.l.7.c.12. Juſt.l.27.c.1.*

## MILL. IV. SEC. VII.

## *In Aſia.*

A*ntigonus* regium nomen & inſignia primus ſumſit. *Curt:l.10.c. 10. Juſtin. lib.*13,14. & 15. *Dexippus ap. Scalig. p.* 48. *Diodor. Sic.l.* 18.*c.*2. & *l.* 19. *Appianus in Syriacis. Exerc. Gr. Scalig.p.*374. Cornel. *Nep. & Plut. in Eumene Plut. in Demetrio.* Clementiam ej9 prædicat *Sen.l.3. de irac c.22.* Ei ſucceſſit *Demetrius* Poliorcetes, qui, quum etiam Macedoniæ

donię regnum occupaſſet, à Pyrrho ad pacem adactus eſt. Deinde qvum avium regnum recuperare conatur, ſeditione militium exagitatus *Seleuco* deditur. *Fragmenta Græcorum Veterum ap. Scalig: in Euſeb: p. 374. Scalig. l. 2. Can. Iſag. p. 433. Dexippus ap. Scalig.*

## MILL. IV. SEC. VII.

## *Varia.*

M. *Celtæ* ducibus *Brenno* & *Belgio* in Græciam ſe infuderunt, *Juſt. l. 24. Diod. l. 22. Pauſ. l. 10. Juſt. 24.* Hiſt. Prof.

M. *Carthaginienſes* bellum geſſere cum Agathocle Siculo, *Juſt. l. 22, 23. Diodor. l. 20.*

M. *Romanos* exercuit *bellum Samniticum* diuturnum, *Juſt. l. 18. Sext. Aur. Vict. Eler. l. 2. Liv. l. 9. 10. Epit. Liv. lib. 10.*

F. Deinde *bellum Tarentinum* & cum *Pyrrho Epirota. Plutarch. in Pyrrho. Florus l. 1. Epit. Liv. l. 12, 13. Juſtin. l. 18. c. 2. Eutrop. l. 2.*

F. Et demum *bellum Punicum primum*, quo Romani primum in-

greſſi ſunt mare, duravit anno XXIV. *Polyb.l.1. Diodo. l.23 Epit. Liv. l.16,17,18,19. Flor.l.2.*

MILL. IV. SEC. VIII.

Hiſtor. Sacr. I. Tempore Ptol. Evergetis Sirach in Ægyptum venit, quod ex ipſius præfatione colligitur.

MILL. IV. SEC. IIX.

## *In Macedonia.*

Hiſt. Prof. I. Antigonum excepit ejus filius *Demetrius II.* regnavitque annos X. cui ſucceſſit *Antigonus III.* cognomento *Doſon* dictus, Philippi tutor, qui ſangvinis vomitu interiit, cum regnaſſet annos 13. *Plutarchus in Æmil. Paulo, Porphyrius Polyb. Juſt. l. 24,25, l. 2. c. 70. Dexippus.*

M. Poſt eum regnavit *Philippus* años 24. qui primum *à Rhodiis*, deinde *à Romanis* Qa. Flaminio Coſ. victus & ad pacem adactus eſt, Græcisq; civitatibus, qvod teneri non poſſent, libertas à Romanis reddita eſt, *Polyb. l. 4.* & *in Ex. Legat. 46, c. 3. Liv. l. 23. c. 33. & l. 33. c. 10. & l. 40. Juſt. l. 29. c. 2. l. 30. c. 2.* & *30. & l. 32. c. 2. Flor. l. 2. c. 7.*

F. Phi-

F. *Philippo*, quod innocentem ſe filium occidiſſe reſciviſſet, mœrore extincto, ſucceſſit *Perſeus*, qui belli in Romanos cauſam venatus ab Æmilio Cos. victus & in triumpho ductus eſt, Macedoniaq; in provinciam redacta, *Livius l. 35. 41. & ſeqq. Florus l. 2.*

MILL. IV. SEC. IIX.

## *In Ægypto.*

*Ptolomæus Evergetes* regimen habuit partim turbatum, partim pacatū: bellum enim movit *Callinico* Syrorum regi ob parricidium in noverca commiſſum. Regnavit annos 28. *Juſt. l. 27. c. 1. & l. 29. c. 1. Porphyrius, Euſebius Exc. Gr. Scal. p. 376. Succeſſit.* Hiſtor. Prof.

M. *Ptol. Philopator* per antiphraſin dictus, quod parentes & fratres occidiſſet. Ei bellum fuit cum *Antiocho Magno Porphyr. Euſeb. n. 796. & Exc. Scal. p. 376. Joſeph. l. 12. c. 3. Plutarchus in Agide & Cleomene Juſt. l. 29. & 30. Polyb. l. 5. 34, 85, 86.* Regnavit annos 17.

M. *Philopatori* vitâ functo ſucceſſit filius *Epiphanes*, puer quinquennis, de quo tollendo *Antiochus M.* & *Philippus Macedo* conſilia agitabant: regnavit años 24. *Polyb. l. 5. Porphyr. Euſeb. n.* 1813. *Val. Max. l. 6. c. 6. Juſtin. l. 30. c. 3.* & *l. 34. c. 2. Tacit. l. 2. Ann. c. 67. Joſeph. l. 12. Ant. c. 3.*

F. *Ptol. Philometor* infans patri ſucceſſit. Ei bellum fuit cum *Antiocho Epiphane*, qui Ægypto inhiabat; deinde cum *Alexandro Bala* genero ſuo. *Porphyrius ap. Scalig. p. 225.* & *Exc. Gr. p. 376. Euſeb. n.* 1837. & 1872. *Diod. Sic. Legat.* 18. *Polyb. Legat.* 71. 72. *Hieron. in Danielis c. 11. l. 1. Maccab. Joſeph. l. 13. c. 8. Polyb. in Exerc. Peir. p.* 494 *Juſtin. l. 35. Epit. Liv.* 52. *Strabo l. 16.*

## MILL. IV. SEC. IIX.

## *In Syria.*

Hiſtor. Prof. I. In *Syria* regnavit *Seleucus Callinicus* annos 20. *Juſtin. l. 27. c. 1. Excerpta Græca Scalig. Appianus in Syr.* Deinde *Seleucus Ceraunus* tres años non integros, *Polyb. l. 2. c. 71.*

M. *Antiochus M. primum* bellum movit

movit adverſus *Molonem* Aſiæ præfectum: *Alterum* contra *Ptolemæum Philopatora*: *Tertium* pro recuperanda Aſia: *Quartum* in *Arſacem*: *Quintum* contra *Romanos*; regnavit annos 37. 2. *Mac.* 3. *Livius l.* 34.*c.*57. *Florus l.*2.*c.*8. *Polyb. l.*5.6.*&* 10. *Juſtin. l.*32.*c.*1. *&* 2. *Joſeph. l.*12. Huic ſucceſſit filius *Seleucus Philopator*, à Joſepho *Soter* dictus, cujus tempore accidit hiſtoria *Heliodori Excerp. Græca Scalig. p.*375. *Joſeph. l.*12.*c.*4 2.*Mac.*3. *Liv. l.*33.*c.*40.

F. Deinde regnavit *Antiochus Epiphanes Magni* filius, templi Hieroſolymitani profanator; cui ſe oppoſuere *Maccabæi Diodor. in Exc. Peir.*132. *Polyb. in Exc. Peir. p.*132. *Liv. l.*45.*c.*12. *Val. Max. l* 6.*c.*4. *Juſtin. l.*34. *c.*3. *Vellej. l.*1.*c.*10. *Plin. l.* 34. *c.*6. *libri Maccab. pſ. l.* 12. *&* 13. Hunc excepit *Antiochus Eupator*; *Excerpta Græca Scalig. p.*375. *Euſeb. Joſeph. l.*12.*c.*16. 1. *Maccab. c.*5. & poſt biennium *Demetrius Soter. Euſeb. Joſeph. l.*12. *c.*16, 17. *& l.*13 *c.*1. 1.*Maccab. c.*7. *Appianus in Syr. Epitomator. Liv. lib.*46. *Diodor.*

*Sic.in Exc.Peir.p.323.Juſt.l.34.& l.35.c.1.* ac demũ *Alexander Bala* ſeu *Veles* à Philometore ejectus, *Joſeph. l.13 c.3.5. Euſeb. Appianus in Syr. Epit. Liv.l.52. Juſt.l.35.c.1. Polyb.in Excerp. Legat.c.140. Diodor. Sic. in Exc. Peir. pag.347.*

MILL. IV. SEC. IIX.

## *Varia.*

Hiſt. Prof. I. Apud Perſas *Arſaces* novam Dynaſtiam erexit, *Juſt.l.41. Strabo l.11.*

M. *Bellum Punicum ſecundum* hoc tempore geſtum, quo Chartaginienſium dux *Hannibal* Romanos multis præliis victos ad incitas ferme redegit, in uno ad *Cannas* prælio 70. millia Romanorũ cæſa referuntur: duravit años XVII. *Polyb.l.3.& ſeqq.Corn. Nepos in Hannib. Florus l.2. Liv.l.& ſeqq. Eutrop.l.3. Aurel. Victor.*

MILL. IV. SEC. IX.

Hiſt. Sacr. I. Poſt *Jonathanum* ejus frater *Simon* rebus Judaicis per octennium præfuit. Dolo Ptolemæi generi cum duobus filiis inter epulas

pulas occiſus eſt, 1. *Maccab. Joſeph. lib.* 13.

I. Ei ſuccedens filius *Johannes Hircanus* ab *Antiocho Sidete* Hieroſolymis obſeſſus, auro è Davidis ſepulchro prolato pacem redemit. Deinde Idumæos ſubactos circumciſionem recipere adegit. Templum item Samaritanum in monte Garizim deſtruxit; ipſamque Samariam ſolo æquavit, *Joſeph. l.*13.

M. Ejus filius *Ariſtobulus*, nomine & inſignibus regiis aſſumtis, Principatum in regnum convertit, cui quarto anno ſucceſſit *Alexander Jamneus. Joſeph. l.*13.

F. Hunc excepit uxor Alexandri *Salome*: & deinde ejus filius natu major *Hircanus*, idem Pontifex; qui à fratre *Ariſtobulo* bello petitus & ad privatam vitam compulſus eſt. Tandem poſt multas calamitates *Pompejus* expugnatis Hieroſolymis *Hircano* Sacerdotium reſtituit absque regno, & Ariſtobulum Romam ab-

abduxit. Nec quicquam vel Alexandri filii turbæ, vel ipſius Ariſtobuli fuga profuere; Illum enim *Gabinius* profligavit: Hunc *Macherunte* cum Antigono filio captum, Romam miſit, & ſic ſceptrum de Juda defecit. *Joſeph. l.* 13. & 14. *l.* 1. *de bello jud.*

## MILL. IV. SEC. IX.

## *In Ægypto.*

Hiſt. Prof. I. *Ptolemæus Evergetes* II cognomento *Physcon*, fratri philometori ſubſtitutus initio regnum crudelisſime adminiſtravit, filiis etiam ſuis trucidatis, regnavit anna. 29. *Juſt.* 38. *c.* 8 9. *Athen. l.* 4. *Dipnoſoph. Polyb. in Exc. Peir. p.* 195. *Diod. Sic. in Exc. Peir. p.* 350. 351. 355. *Val. Max. l.* 4. *c.* 2. *Oroſ. l.* 5. *c.* 10. *Epit. Liv.* 59. *Joſephus contra Ap. l.* 2.

M. *Physcon* decedens regnum *Cleopatræ* uxori & alteri ex filiis, quam illa legiſſet, reliquit. Hæc in minorem natu Alexandrum pronior quum eſſet, â populo compellitur, majorem natu eligere,

gere, cui, quod pulſus â matre clanculum recepiſſet regnum, *Lathuri* cognomen datum eſt, *Porphyrio & Ptolemæo in Can. Soter.* vocatur. Cleopatra â filio Alexandro interempta eſt. *Iuſt. l. 39. c. 3. 4. 5. Joſephus l. 13. c. 18. & 20. 21 Strab. l. 17. Epit. Liv. l. 54.*

# MILL. IV. SEC. IX.

## *In Ægypto.*

F. *Ptol. Dioniſius*, propter non decora minimeque regia fiſtularum ſtudia *Auletes* cognominatus, tam exiguæ apud ſuos auctoritatis fuit, ut ne unum quidem Romanum, qui felem, ſacrum Ægyptiis animal, per imprudentiam occiderat, ſupplicio eximere valeret. Ab Alexandrinis regno pulſus Pompeji juſſu reſtitutus eſt â Gabinio. Regnavit annos 31. *Strab. l. 17. Dion. l. 39. c. 117. Porphyrius ap. Scal. Diodor. l. 38. & 39. Joſephus l. 13. & 14.* Hiſt. Prof.

# MILL. IV. SEC. IX.

## *In Syria.*

Hiſt. Prof. I. Hoc tempore in *Syria* turbatum fuit imperium, â diverſis ſubinde occupatum. Poſt captum enim *Demetrium Nicanora Iuſt. l.35.c.2. & l.36.c.1. Antiochus Entheus* cum *Tryphone* prorege biennio ferè regnum obtinuit. *Iuſt.*l. 36. *c.10.* Joſeph. *l.13.c.9.*10. *& 12. Excerpta Græca* Scacig. *p.375 Epit. Liv. l.35.* Deinde illud *Antiochus sedetes* occupat: *Euſeb,* Excerpta *Græc. Scalig.* p.375. *Juſtin.l.36.c.1. & l.38. c.10. joſephus l. 13. c. 12. 13. 16. 1. Maccab.15 Diodor.* Exc. *Peir. p. 375.* Poſt *Demetrius* â captivitate Parthica liberatus recuperat. *Appianus Liv. epit.60. Juſtin.l.39.c.1.* Joſe-*phus l. 13. c.17.* Sed ab *Alexandro Zeberina* evertitur. *Ioſephus l 13.c. 17. Fragm. Græc. Scalig p 227. Juſtin. l.39. c. 1. & 2. Diodorus Sic. in* Exc. *Peir.p.374.*

M. Hoc ſublato *Antiochus Gryphus*, Demetrii filius, regno potitus

titus eſt; ſed ei frater *Cyzicenus* bellum intulit, quod magna ſeveritate geſtum & ad horum filios propagatum eſt. Populus calamitutum tandem pertæſus *Tigranem* Armeniæ regem ad regnum evocavit, qui nec alium bello laceſſivit, neque laceſſitus ulli bellum intulit. Sed tamen bello cum Romanis, negatâ *Mithridatis* deditione implicatus Syria excidit. & in Armeniam redire coactus eſt, *Syriaque* in Provinciam à Pompejo redacta. *Appianus in Syr. Ioſeph. l. 13. c. 17. 21. 22. 23. Juſt. l. 39. & l. 40. Porphyr. ap. Scalig. Except. Græc. Scalig.*

## MILL. IV. SEC. IX.

## *Varia.*

I. *Bellum Punicum* III. hoc tempore geſtum, quarto anno *Carthagine* deleta deſiit. *Epit. Liv. l. 48. c. 1. Oroſ. l. 4. Plut. in Cat. Flor. l. 2.* Et *Mumius Cos.* Corinthum ob injuriâ adfectos legatos cepit & diruit. *Flor. l. 2. c. 16. Vel. pater. l. 1.* Hiſt. Profana.

· Paulò poſt etiam *Numantini à Scipione* prælio victi, extrema deſperatione urbe accenſa, omnes ſibi necem conſcivere. *Florus. l. 2. Epit. Liv. l. 57. 59. Vell. l. 2. Oroſ. l 5.*

M. Res *Romanas* inteſtini motus, quos *Syllæ* & *Marii* æmulationes excitabant, haud parum afflixerunt. *Sylla* demum victor proſcriptionis tabulas propoſuit, ac Dictatura crudelisſime abuſus xc Senatores, xv conſulares & multa millia civium interfecit & proſcripſit: Ex hoc incendio natum eſt *bellum Sertorianum. Vell. l. 2. Oroſ. l. 5. Flor. l. 3. Plutarchus in Mario, Liv. Epit. l. 39. & ſeqq.*

F. *Catilina* ob negatum, quem ambibat, Conſulatum, exacerbatus, cum nefariis conjurat: Sedà *Cicerone Cos.* ſervata civitas, conjuratio prudentisſime detecta & disjecta eſt. *Saluſt. in Cat. Vell. l. 2. Diodor. l. 37. Epit. Liv. l. 102, 103. Flor. l. 4. Eutrop. l. 6.*

Mill.

# MILL. IV. SEC. X.

## *In Judæa.*

I. Antipatro ſublato, *Herodes* & *Phaſaëlus* fratres Tetrachæ cõſtituuntur. Deinde *Herodes*, Antonio adjuvante, *rex* factus poſt magnas datas & acceptas clades Hieroſolymas expugnavit. Antigonus aliquamdiu crucifixus, juſſu Antonii ſecuri percuſſus eſt, & ſic Haſamonæa familia defecit. Herodes enim *Hircanum*, quem initio patris nomine dignatus erat, fraude è medio ſuſtulit. Ablato Jam de Juda ſceptro *Siloh*, *ſive Meſſias* & *mundi Salvator* ex virgine *Maria* naſci voluit, anno mundi 3947 unde nova *æra Chriſtiana* initium ſumit. *Joſeph. l.14. Ant. & l.1. de bell. Jud. Hiſt. Evangeliſt.* Hiſtor Sacr.

# MILL. IV. SEC. X.

## *In Ægypto.*

I. *Ptol. Dionyſius* quod, cum pater Hiſt. Prof.

ter moreretur, vix decimum attigiſſet annum, Dionyſius *junior* dictus eſt. Sororem *Cleopatram* fœminam & venuſtam & vafram in matrimonio habuit. Non diu regno præfuit, ſed Romanis turbis mixtus, poſt occiſum *Pompejum*, quum & *Cæſari* inſidias ſtrueret, Alexandriæ ab eodem obſeſſus in aquis periit. *Strab. l. 17. Porphyr. Cæſar. l. 3. & 4 de bello Civili; Flor°. l. 4. Suetonius in Jul. Cæſar. Lucanus. l. 10. Eutrop. l. 6. Oroſ. l. 6. c. 15. 16. Plutarchus in Jul. Cæſ.*

I°Cæſar *Cleopatram* â fratre pulſam reduxit, eamq; impudicam prius, mox reginam fecit; cujus venuſtate deinde irretitus *Antonius* uxorem *Octaviam*, Auguſti ſororem, neglexit, & Orientales provincias Cleopatræ donavit, eamque Reginam Regum haberi voluit. His & aliis offenſus Auguſtus Antonio & Cleopatræ bellum indixit, quibus ad *Actiam* promontorium victis, altero poſt anno *Alexandriam* cepit. Anonti-

tonius ſeipſum interfecit, & Cleopatra, ne in triumpho duceretur, mortem aſpide allatâ ſibi conſcivit. *Vell.l.2.Dio.49.50.51.Flor. l.4.51.Epit.Liv.l.117.& ſeq.Appian.l.3.* &ſeqq. Ita *Auguſt9* ſolus rerum potitus eſt, año hujus ſeculi 20. ac ita *Romanam Monarchiam* ſtabilivit.

## *Monrchia Romana.*

*Romanam Rempubl.* civile bellum ducibus *Cæſare* & *Pompejo* exagitavit; quod interitu Pompeji finitum eſt, Cęſariqve perpetua Dictatura, hoc eſt, plus quam regia poteſtas oblata. Sed quinto anno, *Caſſio* & *Bruto* cæteriſque conjuratis in curia 23. vulneribus confoſſus interiit. Inde novum exarſit bellum civile, ex quo novus ortus triumviratus inter *Antonium Lepidum* & *Octavium*, qui poſt *Auguſtus* appellatus: Ab his triumviris CXXX. Senatores proſcripti, & in iis Cicero, qui ab Antonianis interfectus. *Suet.* Hiſt. Prof.

*Suet. in Jul. Cæſ. Plut. in Pomp. Vell. l. 2. Eutrop. l. 16. Diod. l. 41. & ſeq. Lucan. l. 6. & ſeqq. Flor. l. 4. Appian. l. 4. 5.* *Octavius Auguſtus* año ætatis vigeſimo conſulatum extorſit à Senatu. *Lepido* oppreſſo, reliqui erant *Antonius* & *Octavius Auguſtus*, qui provincias partiti, ille Orientales, hic Occidētales obtinuit. Deniq; poſt Antonium devictum, rerum ſum̃am obtinuit *Auguſtus*, qvi Remp. *Principis* nomine eam tenuit; pace deinceps terra marique parta, Jani templū clauſit. Cum latiſſimè ſe extenderet illius poteſtas, promulgavit edictum anno hujus ſeculi 47. ut totus Orbis Romanæ ditiōis in ſingula capita cenſeretur, quo ipſo anno *Chriſtus Salvator* noſter naſci voluit; unde æra Chriſti initiū ſumit. *Dio. l. 46. & ſeq. Suet. in Aug. Vell. l. 2. Flor. l. 4. Epit. Liv. l. 132. Oroſ. l. 6. Aur. Vict. Tac. Annal. 1. Matt. 2.*

## SEC. I.

## *A nato Chriſto.*

Hiſt. Prof. III. *Tiberius* (*Numerus annorum*

*rotun-*

*rotundus in margine memoriæ causâ eſt adſcriptus.*) Nero (à quibusdam *Biberius Mero* ob vinolentiam nominatus) Liviæ filius, Auguſti privignus, Imperator factus eſt anno Chriſti 14. Initia imperii ejus moderata fuere Germanici metu, præſidibus provinciarum ſuadentibus, ut tributa augeret, reſcripſit; *Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere.* Sed Germanico veneficiis ſublato, firmatâque potentiâ, animum nudavit, mœſtamq; vigilantiam & malas curas pridem exercitas in lucem protulit: erat enim ingenio peſſimo, truci, avaro, inſidioſo, ſimulans ea ſe velle, quæ nollet; his quaſi infenſus, quibus conſultum cupiebat: his verò quos oderat, quaſi benignus apparens. *Sejano* tandem occiſo, triſtiora deinde ſolus exercuit ſupplicia adeo, ut niſi mors præveniſſet, pluresq; aliquanto necaturus crederetur. Nam identidem felicem Priamũ præ-

prædicaſſe dicebatur, quod ſuperſtes omnium ſuorum vixiſſet Obiit anno imperii vigeſimo tertio. Circa initium impeii ejus *Harminius* Germanorum dux, ac libertatis aſſertor ſtrenuus, Germanici Cæſaris opera oppreſſus interiit *Sueton. in Tiberio. Dio. l. 57. Tacitus Annal. lib. 2. & ſeqq. Aurelius Victor. Vell. l. 2.*

Hiſt. Sacr. *Chriſtus Salvator* noſter annos natus triginta baptizatus docere & miraculis clareſcere cœpit; quinto inde paſchate pro univerſo genere humano pati, mori, reſurgere & in cœlos adſcendere voluit. Ab ejus adſcenſione die decimo, in ipſa Pentecoſte, Spiritus S. in Apoſtolos effuſus, quo omnium linguarum peritiâ aliiſque ad Evangelium in toto orbe prædicandum neceſſariis donis inſtructi ſunt. Petrus Apoſtolus una oratione tria millia hominũ convertit; & Eccleſia Dei magna cepit incrementa. Stephanus lapidibus obruitur proto-mar-

martyr. Saulus vaſtat Eccleſiam; hinc Philippus Eunuchum Æthiopem convertit. Paulus Poſteà per miraculum converſus Chriſtianam fidem longè lateque propagare cœpit. *Hiſt. Evang. Acta Apoſt.*

C. *Caligula* â *caligis* militaribus ita dictus, Germanico Druſi filio & Agrippina Auguſti nepte genitus Tiberio ſucceſſit. A.C. 37. initio quidem Germanico patre haud indignum ſe præbuit; Sed brevi tyrannus, Tiberio major cædibus, ſtupris ac rapinis miſcuit omnia. Tragicum illud ſubinde jactabat; *oderint dum metuant.* Aliquando turbæ offenſus exclamabat; *Utinam populus Romanus unam haberet cervicem:* Divinam majeſtatem ſibi aſſerere cupiens numini ſuo templum, cujus ſacerdotem unum ex equis ſuis *incitatum* nomine conſtituit, quem etiam conſulem facturus erat, ſi diutius vixiſſet. Ut divinitatis opinionem XXX Hiſt. Prof.

onem ac metum plebeculæ inji-
ceret, tonitrua imitari voluit, in
Galliam cum exercitu profe-
ctus, dato repente pugnæ ſigno,
apud Oceanum cochleas legere
milites, galeasq; & ſinus iis implere
imperat, ſpolia Oceani vocans,
Capitolio palatioq; debita. Ob
quam inſaniam aſſentator ſena-
tus illi maxima quæq; decrevit.
Quum Alexandriæ inter Judæos
& Græcos orta eſſet ſeditio, Ale-
xandrini *Apionem*, Judæi veró *Phi-
lonem*, cujus opera adhuc ex-
ſtant, ad Imperatorem miſerunt,
â quo cum ignominia repulſi
ſunt. Quarto imperii año â con-
juratis cum uxore & filia occi-
ſus eſt. Hunc è Cæſarum numero
excerpendum, ut qui in exitium
opprobriumque generis huma-
ni editus ſit, cenſet *Seneca Conſ.
ad Polyb. c. 36. ſueton. in Caligula. Dio.
lib. 59. Tacitus lib. 6. Joſephus l. 18. &
19. Antiq. Zonaras in Caligula. Au-
rel. Victor in epitome. Joſephus lib.
18. Ant. c. 10.*

*Pau-*

*Paulus Apoſtolus* ex Arabia Damaſcum rediit, inſidiis ibidem petitus in corbe é muro demittitur. *Petrus Apoſtolus* Eccleſias Judææ, Galilææ & Samariæ pertranſiens, Lyddæ paralyticum ſanat, & Joppæ Tabitham ex mortuis ſuſcitat: hinc ad Cornelium centurionem divinitús evocatur. Antiochiæ qui erant diſcipuli cœperunt appellari *Chriſtiani. Act. Apoſt.* Hiſtor. Sacr.

I. *Ti. Claudius* Druſi filius ſtolidus & alieno ductu crudelis, à Caligula ad ludibriũ reſervatus ſucceſſit. Ann. C. 41. Publicis operibus immortalitatem nominis quæſivit. Britanniæ partem ſubegit, quam ſolam adiit. Judæos & Mathematicos urbe ejecit. Meſſalina conjuge ob libidinem ſublatâ fratris filiam Juliam Agrippinam duxit, quæ ſtimulavit Claudium, ut filium Neronem, ex Domitio Ænobarbo ſuſceptum, adoptaret. Fama tenet venenum Claudio ab Agrippina Hiſt. Prof.

pina conjuge in boleto datum. Obiit anno imperii XIV. *Sueton. in Claudio, Aur. Vict. Joſeph. l. 19. & 20. Antiq. Dio. l. 60. Tacitus annal. lib. 11 & 12.*

Hiſt. Sacr. *Herodes Agrippa* Jacobum Apoſtolum gladio interemit, & Petrũ in vincula conjecit, qui ab angelo Domini percuſſus interiit. Poſt ejus interitũ Cuſpius Fadus â Claudio ad Judæam gubernandum miſſus eſt. 1. *Joſeph. l. 20. Act. 12. Matthæus* ſcripſit Evangelium Hebraicè in Judæa; *Marcus* Romæ; & *Lucas* in Achaia: Sed Evangeliſta *Johannes* demum poſt annum Chriſti 65. Epheſi. Apoſtoli item *Paulus* & *Barnabas* paſſim Evangelium gentibus añunciant, & Hieroſolymis *prima* habita eſt *Synodus Act. Apoſt. Euſeb. l. 2. c. 17. l. 3. c. 18. Bellarm. de ſcript. Eccleſ.*

Hiſt. Prof. LX. *Nero* imperium adeptus anno C. 54. Primo quinquennio ita ſe gesſit, ut Trajanus teſtaretur *Procul differre cunctos principes à quinquennio Neronis.* Verum quicquid boni

boni habuit illius principatus, id debitur Burrho & Senecæ; quorum hic ob claritudinem ſtudiorum ſpei Neronis ab Agrippina admotus; fuerat: & Burrh' rei militaris peritus; prætoriis cohortibus impoſitus. Hi duo, licet æqualis eſſent dignitatis & præſtantiæ ſtudioramq; diverſorum, concordes tamen erant, raro inrer aulicos exemplo. Nero iſte primus Romanorum Principum alienæ egebat facundiæ. Nam à Philoſophia eum mater averterat, fingens Imperatori contrariam eſſe: à cognitione veterum Oratorum abſtraxerat Seneca præceptor; quo diutius in admiratione ſui detineret. Quam primum Britannicum veneno interfeciſſet, crudelisſimus factus, Nero deinde inſtigante Poppæa femina illuſtri, cujus amoribus erat irretitus Agrippinam matrem, Octaviam conjugem Claudii filiam, Antoniam amitam, Burrhum,

Sene-

## MILL. IV. SEC. IX.

### In Syria.

Hiſt. Prof. I. Hoc tempore in *Syria* turbatum fuit imperium, â diverſis ſubinde occupatum. Poſt captum enim *Demetrium Nicanora luſt. l.35.c.2. & l.36.c.1. Antiochus Entheus* cum *Tryphone* prorege biennio ferè regnum obtinuit. *Iuſt.*l. 36. *c.*10. *Joſeph. l.*13.*c.*9.10. & 12. *Excerpta Græca* Scacig. *p.* 375 *Epit. Liv. l.*35. Deinde illud *Antiochus sedetes* occupat: *Euſeb,* Excerpta *Græc. Scalig.* p.375. *Juſtin.l.36.c.1. & l.38. c.10. joſephus l.* 13. *c.* 12. 13. 16. 1. *Maccab.*15 *Diodor.* Exc. *Peir. p.* 375. Poſt *Demetrius* â captivitate Parthica liberatus recuperat. *Appianus Liv. epit.*60. *Juſtin.l.*39.*c.*1. *Joſephus l.* 13. *c.*17. Sed ab *Alexandro Zebenna* evertitur. *Ioſephus l* 13.*c.* 17. *Fragm. Græc. Scalig p* 227. *Juſtin. l.*39. *c.*1. & 2. *Diodorus* Sic. *in* Exc. *Peir.p.*374.

M. Hoc ſublato *Antiochus Gryphus*, Demetrii filius, regno potitus

titus eſt; ſed ei frater *Cyzicenus* bellum intulit, quod magna ſeveritate geſtum & ad horum filios propagatum eſt. Populus calamitutum tandem pertæſus *Tigranem* Armeniæ regem ad regnum evocavit, qui nec alium bello laceſſivit, neque laceſſitus ulli bellum intulit. Sed tamen bello cum Romanis, negatâ *Mithridatis* deditione implicatus Syria excidit. & in Armeniam redire coactus eſt, *Syriaque* in Provinciam à Pompejo redacta. *Appianus in Syr. Ioſeph. l. 13. c. 17. 21. 22. 23. Juſt. l. 39. & l. 40. Porphyr. ap. Scalig, Except. Græc. Scalig.*

## MILL. IV. SEC. IX.

## *Varia.*

I. *Bellum Punicum* III. hoc tempore geſtum, quarto anno *Carthagine* deleta deſiit. *Epit. Liv. l. 48. c. 1. Oroſ. l. 4. plut. in Cat. Flor. l. 2.* Et *Mumius Cos.* Corinthum ob injuriâ adfectos legatos cepit & diruit. *Flor. l. 2. c. 16. Vel. pater. l. 1.* Hiſt. Profana.

* Paulò poſt etiam *Numantini* à *Scipione* prælio victi, extrema deſperatione urbe accenſa, omnes ſibi necem conſcivere. *Florus. l. 2. Epit. Liv. l. 57. 59. Vell. l. 2. Oroſ. l. 5.*

M. Res *Romanas* inteſtini motus, quos *Syllæ* & *Marii* æmulationes excitabant, haud parum afflixerunt. *Sylla* demum victor proſcriptionis tabulas propoſuit, ac Dictatura crudelisſime abuſus xc Senatores, xv conſulares & multa millia civium interfecit & proſcripſit: Ex hoc incendio natum eſt *bellum Sertorianum. Vell. l. 2. Oroſ. l. 5. Flor. l. 3. Plutarchus in Mario, Liv. Epit. l. 39. & ſeqq.*

F. *Catilina* ob negatum, quem ambibat, Conſulatum, exacerbatus, cum nefariis conjurat: Sed à *Cicerone Cos.* ſervata civitas, conjuratio prudentisſime detecta & disjecta eſt. *Saluſt. in Cat. Vell. l. 2. Diodor. l. 37. Epit. Liv. l. 102, 103. Flor. l. 4. Eutrop. l. 6.*

Mill.

## MILL. IV. SEC. X.

### *In Judæa.*

I. Antipatro ſublato, *Herodes* & *Phaſaëlus* fratres Tetrachæ cõſtituunturDeinde *Herodes*, Antonio adjuvante, *rex* factus poſt magnas datas & acceptas clades Hieroſolymas expugnavit. Antigonus aliquamdiu crucifixus, juſſu Antonii ſecuri percuſſus eſt,&ſicHaſamonæa familia defecit. Herodes enim *Hircanum*, quem initio patris nomine dignatus erat, fraude è medio ſuſtulit. Ablato Jam de Juda ſceptro *Siloh*, *ſive Meſſias* & *mundi Salvator* ex virgine *Maria* naſci voluit, anno mundi 3947 unde nova *æra Chriſtiana* initium ſumit. *Joſeph. l.14. Ant. & l.1. de bell.* Jud, *Hiſt.Evangeliſt.* Hiſtor Sacr.

## MILL. IV. SEC.X.

### *In Ægypto.*

I. *Ptol, Dionyſius* quod, cum pa- Hiſt.

ter moreretur, vix decimum attigiſſet annum, Dionyſius *junior* dictus eſt. Sororem *Cleopatram* fœminam & venuſtam & vafram in matrimonio habuit. Non diu regno præfuit, ſed Romanis turbis mixtus, poſt occiſum *Pompejum*, quum & *Cæſari* inſidias ſtrueret, Alexandriæ ab eodem obſeſſus in aquis periit. *Strab. l. 17. Porphyr. Cæſar. l. 3. & 4 de bello Civili; Flor°. l 4. Suetonius in Jul. Cæſar. Lucanus. l. 10. Eutrop. l. 6. Oroſ. l. 6. c. 15. 16. Plutarchus in Jul. Cæſ.*

I°Cæſar *Cleopatram* â fratre pulſam reduxit, eamq; impudicam prius, mox reginam fecit; cujus venuſtate deinde irretitus *Antonius* uxorem *Octaviam*, Auguſti ſororem, neglexit, & Orientales provincias Cleopatræ donavit, eamque Reginam Regum haberi voluit. His & aliis offenſus Auguſtus Antonio & Cleopatræ bellum indixit, quibus ad *Actiam* promontorium victis, altero poſt anno *Alexandriam* cepit. Anonti-

tonius ſeipſum interfecit, & Cleopatra, ne in triumpho duceretur, mortem aſpide allatâ ſibi conſcivit. *Vell. l. 2. Dio. 49. 50. 51. Flor. l. 4. 51. Epit. Liv. l. 117. & ſeq. Appian. l. 3. & ſeqq.* Ita *Auguſtus* ſolus rerum potitus eſt, año hujus ſeculi 20. ac ita *Romanam Monarchiam* ſtabilivit.

## Monrchia
### *Romana.*

*Romanam Rempubl.* civile bellum ducibus *Cæſare* & *Pompejo* exagitavit; quod interitu Pompeji finitum eſt, Cæſariqve perpetua Dictatura, hoc eſt, plus quam regia poteſtas oblata. Sed quinto anno, *Caſſio* & *Bruto* cæteriſque conjuratis in curia 23. vulneribus confoſſus interiit. Inde novum exarſit bellum civile, ex quo novus ortus triumviratus inter *Antonium Lepidum* & *Octavium*, qui poſt *Auguſtus* appellatus: Ab his triumviris CXXX. Senatores proſcripti, & in iis Cicero, qui ab Antonianis interfectus. Hiſt. Prof.

*Suet.*

*Suet. in Jul. Cæſ. Plut. in Pomp. Vell. l. 2. Eutrop. l. 16. Diod. l. 41. & ſeq. Lucan. l. 6. & ſeqq. Flor. l. 4. Appian. l. 4. 5. Octavius Auguſt9* año ætatis vigeſimo conſulatum extorſit à Senatu. *Lepido* oppreſſo, reliqui erant *Antonius* & *Octavius Auguſtus*, qui provincias partiti, ille Orientales, hic Occidẽtales obtinuit. Deniq; poſt Antonium devictum, rerum ſum̃am obtinuit *Auguſtus*, qvi Remp. *Principis* nomine eam tenuit; pace deinceps terra mariq́ue parta, Jani templũ clauſit. Cum latiſſimè ſe extenderet illius poteſtas, promulgavit edictum anno hujus ſeculi 47. ut totus Orbis Romanæ ditiõis in ſingula capita cenſeretur, quo ipſo anno *Chriſtus Salvator* noſter naſci voluit: unde æra Chriſti initiũ ſumit. *Dio. l. 46. & ſeq. Suet. in Aug. Vell. l. 2. Flor. l. 4. Epit. Liv. l. 132. Oroſ. l. 6. Aur. Vict. Tac. Annal. 1. Matt. 2.*

## SEC. I.

## *Anato Chriſto.*

Hiſt. Prof. III. *Tiberius* ( *Numerus annorum totun-*

*rotundus in margine memoriæ causâ eſt adſcriptus.*) *Nero* (à quibusdam *Biberius Mero* ob vinolentiam nominatus) Liviæ filius, Auguſti privignus, Imperator factus eſt anno Chriſti 14. Initia imperii ejus moderata fuere Germanici metu, præſidibus provinciarum ſuadentibus, ut tributa augeret, reſcripſit; *Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere.* Sed Germanico veneficiis ſublato, firmatâque potentiâ, animum nudavit, mœſtamq; vigilantiam & malas curas pridem exercitas in lucem protulit: erat enim ingenio peſſimo, truci, avaro, inſidioſo, ſimulans ea ſe velle, quæ nollet; his quaſi infenſus, quibus conſultum cupiebat: his verò quos oderat, quaſi benignus apparens. *Sejano* tandem occiſo, triſtiora deinde ſolus exercuit ſupplicia adeo, ut niſi mors præveniſſet, plures aliquanto necaturus crederetur. Nam identidem felicem Priamũ

præ-

prædicaſſe dicebatur, quod ſuperſtes omnium ſuorum vixiſſet Obiit anno imperii vigeſimo tertio. Circa initium impeii ejus *Harminius* Germanorum dux, ac libertatis aſſertor ſtrenuus, Germanici Cæſaris opera oppreſſus interiit *Sueton. in Tiberio. Dio. l.* 57. *Tacitus Annal. lib.* 2. *& ſeqq. Aurelius Victor. Vell. l.* 2.

Hiſt. Sacr. *Chriſtus Salvator* noſter annos natus triginta baptizatus docere & miraculis clareſcere cœpit; quinto inde paſchate pro univerſo genere humano pati, mori, reſurgere & in cœlos adſcendere voluit. Ab ejus adſcenſione die decimo, in ipſa Pentecoſte, Spiritus S. in Apoſtolos effuſus, quo omnium linguarum peritiâ aliisque ad Evangelium in toto orbe prædicandum neceſſariis donis inſtructi ſunt. Petrus Apoſtolus una oratione tria millia hominũ convertit; & Eccleſia Dei magna cepit incrementa. Stephanus lapidibus obruitur proto-

mar-

martyr. Saulus vaſtat Eccleſiam; hinc Philippus Eunuchum Æthiopem convertit. Paulus Poſteà per miraculum converſus Chriſtianam fidem longè lateque propagare cœpit. *Hiſt. Evang. Acta Apoſt.*

C. *Caligula* â *caligis* militaribus ita dictus, Germanico Druſi filio & Agrippina Auguſti nepte genitus Tiberio ſucceſſit. A.C. 37. initio quidem Germanico patre haud indignum ſe præbuit; Sed brevi tyrannus, Tiberio major cædibus, ſtupris ac rapinis miſcuit omnia. Tragicum illud ſubinde jactabat; *oderint dum metuant.* Aliquando turbæ offenſus exclamabat; *Utinam populus Romanus unam haberet cervicem:* Divinam majeſtatem ſibi aſſerere cupiens numini ſuo templum, cujus ſacerdotem unum ex equis ſuis *incitatum* nomine conſtituit, quem etiam conſulem facturus erat, ſi diutius vixiſſet. Ut divinitatis opinionem

XXX Hiſt. Prof.

onem ac metum plebeculæ injiceret, tonitrua imitari voluit, in Galliam cum exercitu profectus, dato repente pugnæ ſigno, apud Oceanum cochleas legere milites, galeasq́; & ſin⁹ iis implere imperat, ſpolia Oceani vocans, Capitolio palatioq́; debita. Ob quam inſaniam aſſentator ſenatus illi maxima quæq; decrevit. Quum Alexandriæ inter Judæos & Græcos orta eſſet ſeditio, Alexandrini *Apionem*, Judæi veró *Philonem*, cujus opera adhuc exſtant, ad Imperatorem miſerunt, â quo cum ignominia repulſi ſunt. Quarto imperii año â conjuratis cum uxore & filia occiſus eſt. Hunc è Cæſarum numero excerpendum, ut qui in exitium opprobriumque generis humani editus ſit, cenſet *Seneca Conſ. ad Polyb. c. 36. Sueton. in Caligula. Dio. lib. 59. Tacitus lib. 6. Joſephus l. 18. & 19. Antiq. Zonaras in Caligula. Aurel. Victor in epitome. Joſephus lib. 18. Ant. c. 10.*

*Pau-*

*Paulus Apoſtolus* ex Arabia Damaſcum rediit, inſidiis ibidem petitus in corbe é muro demittitur. *Petrus Apoſtolus* Eccleſias Judææ, Galilææ & Samariæ pertranſiens, Lyddæ paralyticum ſanat, & Joppæ Tabitham ex mortuis ſuſcitat: hinc ad Cornelium centurionem divinitús evocatur. Antiochiæ qui erant diſcipuli cœperunt appellari *Chriſtiani. Act. Apoſt.* Hiſtor. Sacr. I.

*Ti. Claudius* Druſi filius ſtolidus & alieno ductu crudelis, à Caligula ad ludibriū reſervatus ſucceſſit, Ann. C. 41. Publicis operibus immortalitatem nominis quæſivit. Britanniæ partem ſubegit, quam ſolam adiit. Judæos & Mathematicos urbe ejecit. Meſſalina conjuge ob libidinem ſublatâ fratris filiam Juliam Agrippinam duxit, quæ ſtimulavit Claudium, ut filium Neronem, ex Domitio Ænobarbo ſuſceptum, adoptaret. Fama tenet venenum Claudio ab Agrippina Hiſt. Prof.

boni habuit illius principatus, id debitur Burrho & Senecæ; quorum hic ob claritudinem ſtudiorum ſpei Neronis ab Agrippina admotus fuerat: & Burrh⁹ rei militaris peritus prætoriis cohortibus impoſitus. Hi duo, licet æqualis eſſent dignitatis & præſtantiæ ſtudiorumq; diverſorum, concordes tamen erant, raro inter aulicos exemplo, Nero iſte primus Romanorum Principum alienæ egebat facundiæ. Nam à Philoſophia eum mater averterat, fingens Imperatori contrariam eſſe: à cognitione veterum Oratorum abſtraxerat Seneca præceptor, quo diutius in admiratione ſui detineret. Quam primum Britannicum veneno interfeciſſet, crudelisſimus factus, Nero deinde inſtigante Poppæa femina illuſtri, cujus amoribus erat irretitus Agrippinam matrem, Octaviam conjugem Claudii filiam, Antoniam amitam, Burrhum,

Senecam, M. Annæum, Lucanum poëtam, alioſque cognatione proximos & amicos necavit. Britanni avaritia & faſtu Romanorum ad bellum Romanis inferendum concitati Camalodunum coloniam Romanam invadunt, & LXX. millia civium & Sociorum trucidant legionemque Romanam vincunt ſed Suetonius Paullinus defectionem illa ita mox punivit, ut LXXX. millia Britanniorum occideret. Britannos Paulino duce ingenti prælio vicit. Ad hæc magnam Urbis partem, obſcuris ædificiis informem, per ludum incendit. Hujus incendii culpam cùm in Chriſtianos transferret, *Prima* excitata eſt Chriſtianorum *Perſecutio*, in qua S. Petrus & S. Paulus periere. Simonem Magum in amicitiam recepit; & conatus eſt Iſthmum perfodere. Tandem Julii Vindicis & Galbæ defectionibus territus, & à Senatu hoſtis judicatus Nero ſemet ictu gladii trans-

tranſegit, quum regnaſſet a nos XIII, menſes IIX. ultimus eorum, qui ab Auguſto ducebant genus. Iſtum non vano convitio apud *Tacitum* Subrius Flavius tribunus *parricidam matris & uxoris aurigam & hiſtrionem & incendiarium objurgat. Sueton. in Nerone. Tacitus Annal. l. 13, 14, 15. Aurel. Victor. Diod l. 62. Sulpitius Severus Scalig. ad Euſeb. n. 804.*

*Paulus* Apoſtolus cùm ad Cæſarem appellaſſet Romam deducitur; ac primum dimittitur; poſt tamen ibidem martyr gladio percuſſus eſt. *Jacobus* minor Hieroſolymis lapidibus obrutus. *Simon Magus* hæreticorum Princeps, & *Nicolaitæ* doctrinam Chriſtianam convellere, moliti ſunt. *Joſeph. l. 20 c. 8. Euſeb. Chron. & l. 2. Hiſt. c. 22. Epiphan. hæreſ. 77. Hieron. Catal. Script. in Jacobo, Actor. Apoſt. 8. Clemens Rom. l. 6. conſtit. c. 9. Arnob. l. 2. adverſus gentes. Cyrillus Hieroſ. Catech. 6. Sulpitius Severus Epiphan. Hæreſ. 21. Theodor. l. 1. de Hæret. fabulis. Irenæus l. 1. c. 27. Tertull. de præſcript. cap. 46. E-* Hiſtor. Sacr.

 *piſt-*

*piſt.5.Ignatii ad Trallianos. Apoc.2. Origenes contra Celſum l. 6.*

LXX. Uno biennio tres imperium deguſtarunt potiùs, quàm perceperunt.

*Servius Sulpitius Galba* ſeptuagenario major primus extra urbem Princeps lectus eſt, omniumque conſenſu capax imperii viſus, niſi imperaſſet. Octavo imperii menſe à ſeditioſis militibus ad lacum Curtium occiſus eſt, *Tac. l.1.Hiſt. Suet.in Galba Plutarch.in Galba. Aurel. Victor. Dio in Galba.*

LXX. *Salvius Otto*, Neroni quodam crimino ſe familiaris, potentiam invaſit: à Vitelli ducibus mediocri prælio victus, conſcientia ſcelerum adactus conſtituit mori, ſpecioſa ratione, ut ſcilicet Rempublicam civilibus turbis eximeret. Igitur licet militibus eſſet cariſſimus, trimeſtri imperio exacto, ſeipſum interemit. Tantundem igitur viſus eſt promeruiſſe bonæ famæ, quantum malæ. *Suet. Dio & Plutarch. in Othone Eutrop.*

*Eutrop.lib. 7. Tacitus libr. 1. & 2. Hiſt.*

LXX. A. *Vitellius* à Galba in inferiorem Germaniam miſſus, quod nihil cuiquam poſcēti negaret, à militib⁹ Imperator ſalutatus eſt, homo intempeſtivæ & ſordidæ gulæ. Omnium tamen, qui in acie Othoniana ceciderāt, teſtamenta rata eſſe juſſit. Sed octavo imperii menſe defecerunt ab eo exercitus & in Veſpaſiani verba jurárunt. Itaque Vitellius victus & captus, multis ictibus excarnificatus & in Tiberim præcipitatꝰ interiit, *Suet. in Vitellio Xiphil. è Dione, Tacitus Hiſt. l. 2. Dio in Othone & Vitellio. Oroſ. l. 7. Joſeph. l. 5. de bello jud, Eutrop. lib. 7.*

LXXX. *Flavius Veſpaſianus* per militarem induſtriā ad imperium emerſit. A Nerone ad pacandos Judææ motus in Syriam erat miſſus, eique legatus iverat *Titus* filius. Cognitâ autem Neronis morte ab exercitu Imperator ſalutatus eſt, auditaque ſuorum victoriâ Romam contendit, Titumq; Hiſtor. Prof.

cum ſelectis copiis ad obſidendam Hieroſolymam triplici jam ſeditione laborantem mittit, imperiumque obtinet A. C. 69. A morte Neronis usqve ad imperii Veſpaſiani initium interceſſere, ut *Xiphilinus* tradit, annus & dies 22. Princeps omnium poſt Auguſtum optimus, niſi qvod ex urina tributum exigeret. Seditionem à Claudio Civile in Batavia excitatã compeſcuit, Hieroſolymam per Titum filium cœpit, & una cum templo exuſſit. De Judæorum gente victa, & ſubacta cum patre Titus filius triumphavit. Vaſa & ornamenta templi Hieroſolymitani poſtea ſunt in Pacis templo, qvod Veſpaſianus quinque annorum ſpatio magnificè ædificavit, ex ſuggeſtione Joſephi exiſtimans ſe eum eſſe, de quo E-ſaias *cap. 9.* ait: Vocabitur Princeps pacis, multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis &c: Tandem alvo ad defectionem ſolutâ conſurgens ait: Imperatorem

torem oportet ſtantem movi: obiit anno imperii decimo, *Suet. in Veſp. Tac. l. 4. & 5. Dio in Veſp. Joſeph. lib. 6. & 7. de bell. jud. Oroſ. lib. 7. Aurel. Vict. Eutrop. l. 7.*

Quum bellum in Judea gliſceret, Eccleſia Hieroſolymitana divinis oraculis admonita Pellam trans Jordanem Peræ urbem conceſſit, *Hegeſippus l. 5. c. 44. Euſeb. lib. 3. Juſt. cap. 4. 5.* Hiſtor. Sacr.

LXXX. *Titus Veſpaſianus* deinde ſolus imperavit annos duos & menſes duos. Pater enim participem eum fecerat imperii, & in ſeptem conſultatibus collegam. Adoleſcens in ſævitiam, luxuriã, & libidinem pronus erat; & ob id Nero palam vocabatur. Imperator autem factus tam benè vixit, ut patrem clementiâ, liberalitate, ac pecuniæ contemtu anteiret. Nihil, quod concedi fas eſſet, cuiquam abnuebat, negãs, *oportere quendam à principe triſtem diſcedere*: ac proinde *Amor & deliciæ* generis humani dict⁹ eſt. Quum

eum gentes finitimæ ob victoriã Judaicam coronare vellent, reſtitit dicens: *Non ſe eſſe tantorum operũ auctorem, ſed Deum Judæis iratum, Suet. in Tito Aur. Victor. Eutr. l. 7. Tacit9 Hiſt. l. 1. & 2. Philoſtr. l. 6. de vit. Apoll. p. 305.*

Hiſtor. Sacr. Veſpaſiano & Tito imperantibus pacem Eccleſia habuit, ſed hæreſium zizania multa proſeminata ſunt ab Ebione, Cerintho, Menandro & Nazaræis, *Iren. l. 1. c. 21. & 25. Epiph. hæret. 26. Euſeb. l. 3. c. 21. Theodoret. l. 2. de hæret. fabulis.*

Hiſtor. Prof. XC. *Flavius Domitianus* patri fratrique diſſimilis ſucceſſit A. C. 81. Initio principatus bonus apparuit in quibusdam. Mares vetuit caſtrari. Legem Juliam de adulteriis reſtituit, & alia præclarè fecit. Dictitare ſolebat: *Princeps, qui delatores nõ caſtigat, irritat.* In exſtruendis templis & publicis ædificiis omnes ferè principes, magnificentiâ anteivit. Sed poſtea ſævus, rapax, luxurioſus repertus eſt. Se poſitum quotidie habebat tempus, ut graviora conſilia agitare vide-

videretur, nihil tamen agebat, niſi quod muſcas captans ſtylo configeret. Dominus ac Deus dici ac haberi voluit; A fulminib9 tamen adeo ſibi metuit, ut olearum frondes in capite perpetuò geſtaret. Pacem à Gothis & Decebalo multa pecunia redemit. Britannos tamen duce Julio Agricola fregit. Germanos vicit & Naſamonas per duces delevit. A Quadis, Marcomannis & Cattis clades accepit. Mortem ab aſtrologo prædictã evitare haud potuit, nominatâ die à Stephano occiſus anno imperii XV. *Suet. in Domitiano Tacitus l. 4. Hiſt. & in vita Agricolæ c. 45. Dio l. 67. Euſeb. Philoſtr. l. 6. in vita Apollon. Amm. Marcell. l. 18. Joſeph. in vita ſua Mart. l. 5. epigr. & 9. Tac. l. 6. Hiſt. & in vita Agric. c. 45. Plin. l. 1. epiſt. 5. l. 7. ep. 19. Juv. ſat. 4. Oroſ. l. 7. Aurel. Victor. Sulpitius Severus l. 2.*

Domitianus alteram in Chriſtianos excitavit perſecutionem. Hiſt. Sacr. S. Johannes Apoſtolus & Evangeliſta Romæ ferventi oleo im-

merſus poſt in Patmon inſulam, quæ una ex Sporadib9 eſt in mari Ægæo, relegatus eſt; ubi Apocalypſin vidit. Sublato tamen Domitiano perſecutio conqvievit, exulesque reſtituti ſunt. Johannes à Nerva, ex Patmo revocatus Epheſum rediit: Et tum Evangelium ſuum edidit, *Euſeb. l. 3. Hiſt. c. 13. 14. & 18. & in chronico ad nu. 2110. & 2112. Tertullian. de præſcript. c. 36. Hieronymus in c. 20. Matthæi.*

Hiſt. Prof. C. *Coccejus Nerva*, extrema jam ætate delatū accepit imperium A. C. 96. Actis Domitiani reſciſſis adempta per injuriam bona reſtituit. De eo Auſonius: *Nerva ſenex, Princeps nomine, mente parens.* Febri extinctus eſt añ o principatus altro, nulla re memorabilior, quàm quod Trajanum alienigenam ob eximiam virtutem proximis præferens, adoptione ad imperium adſcivit, *Aurel. Victor. Eutrop. l. 8. Dio. Xiphil. Euſeb. in Chron.*

Hiſtor Prof. C. *Ulpius Trajanus* natione Hiſpanus ſolus imperare cœpit A. C.

98.

98. Princeps ſanè optimus, niſi avitæ ſuperſtitionis pertinacior Chriſtianos fuiſſet inſecutus, *tertiamq́;* in eos excitaſſet *perſecutionem*, qua *S. Ignatius* Epiſcopus Antiochenus beſtiis objectus eſt. Præfecto prætorio, ut mos erat, gladiũ, poteſtatis inſigne, quum exhiberet, ait; *Tibi iſtum ad munimẽtum mei committo, ſi rectè agam; ſin aliter, in me magis*: quod moderatorem omnium vel errare minus faſſit. *Decebalum* Dacorum Regẽ ſubegit, ſed tanto Romanorum ſanguine, ut obligandis vulneribus lintea deficerẽt, & proprium Imperator reſcinderet paludamentum: pontemque immenſi operis Danubio impoſuit. *Armeniam* recepit, & rege Parthis dato, in *Agarenos* movit, ſed irrito conatu. Vinoſus ſpurcæ libidinis infamia notatur. Tandem alvi profluvio extinctus eſt año principatus vigeſimo. Quod eſſet comis, liberalis, magnificus, Senatus amans & populi ſtudioſus, o-

*ptimus* à Senatu appellatus eſt, eique uni ex omnib9 & triumphus mortuo & ſepulcrum intra urbē datum. Fuere monachi, qui crediderunt animam Trajani precibus S. Gregorii ab infernis liberatam, *Aurel. Victor. Eutrop: l. 8. Plinius in Panegyr. Euſeb. l. 3. c. 26, & ſeqq. Hiſt. Eccleſ. Oroſ. l. 7. Dio in Trajnno.*

## SEC. II.

## *Intra annum.*

Hiſt. Prof XX. *Ælius Hadrianus* eruditus quidem, ſed ingenio varius Plotinæ, Trajani cōjugis, artibus imperium adeptus eſt. A. C. 117. *Quartam* in Chriſtianos exercuit *perſecutionem*; ſed apologiis *Quadrati* & Sacra. *Ariſtidis* lectis mitior factus eſt. Pacis avidus, tres Provincias, quas in Aſia Trajanus imperio adjecerat, dimiſit. Omnes Romani imperii provincias peragravit, providitque, ne vel ab irruptionibus barbarorum, vel avaritia præſulum quid detrimenti caperent. Diſciplinam militarem reſti-

reſtituit, ſcripſitque ipſe Tactica. Gregarii militis habitu incedebat ſine purpura. Liberalis & literarum ſtudiis deditus, Gymnaſia & Athenea condidit. De ſenatu optimos in contubernium adſcivit. Bellum nullum movit, & motũ ab aliis ex templo compoſuit; præter illud, quo Judæos denuo rebelles vicit, eorumque 600000. interfecit. Romanorum tamen clades tanta quoque fuit, ut Hadrianus, quod *Dio* notat, quum ad Senatum ſcriberet ſoleñi formulâ abſtineret: *Si vos liberiq; veſtri valetis, bene eſt &c. Ego exercitusq; valemus.* Cauſa belli judæis nata, quod in ſolo Hieroſolymæ *Ælia Capitolina* condita & in monte, in quo veri Dei templum fuerat, Jovis Capitolini ædes excitata. Senatus tamen, populiq; gratiâ minus floruit, quòd nonnullos ſenatores nobiliores ſuſtuliſſet. Præſtantiſſimis tamen quibusqve in artibus invidebat; magicisqve utebatur artibus. Altero

tero & viceſimo principatus ſui anno obiit. *Spartianus in Hadriano, Dio* 1.*c*.169. *Aurel, Victor Suidas zonaras.Cedrenus.Nicephorus*, *Plutarch.in apophthegm.Regum Caſſiodorus Euſeb. l*.4.*hiſt.c*.6.8.9.*& in Chron.Lampridius in Alexandro Severo.Eutrop.l*.8.*Scalig.ad Euſeb.n*, 2147. *Oroſ.l*.7.

Hiſt. Prof. XL. *Antoninus Pius* ab Hadriano adoptatus, imperium A. C. 138. adeptus maluit illud pace fovere,qvàm bello proferre.Hujus illa vox Imperatore digna: *malo unum civem ſervare*, *quàm mille hoſtes perdere*; idem, cùm *apologiam à Juſtino philoſopho Chriſtiano* pro fidelibus ſcriptam legiſſet,legem tulit, ut ſi quis hoc ſolo nomine,qvod Chriſtianus eſſet,poſtularetur,in accuſatorem ſupplicium verteretur. Orbem terrarum ſine bello ſolâ autoritate rexit años ferme XXIII.qui inter pagãos principes non habuit parem,adeo tota ejũs vita optimi principis ſeculum eſt;pleraque omnia,quæ fecit,præclara & inſignia ſunt, *Baſilides*,

*lides, Carpocrates, Saturninus, Cerdo, Valentinus & Marcion* hæretici fæda & impia proſeminarunt dogmata. *Capitolinꝰ in Antonino, Suidas. Pauſanias in Arcadiis. Aurelius Victor. Eutr. l.8. Dio Xiphilin. Euſeb. l.4. hiſt. c.8, 9, 11. Iren. l.1. c.22, 23, 24. Epip. hær. 26. & 27.* Hiſtor. Sacr.

LXX. *Marcus Aurelius Antoninus*, à philoſophiæ ſtudio *Philoſophus* dictus; & *Lucius Aurelius Verus*, fratres diſſimillimi imperium capeſſivere A.C. 161. In *Marco* tantum Philoſophiæ ſtudium fuit, ut jam Imperator ad domum Apollonii & Hermogenis diſcendi cauſa veniret. At *Lucius* deliciis & luxuriæ deditus erat. Bellum his fuit cum rebellibus Britannis, Parthis & Marcomannis. Marcus *Marcomannicum bellum* confecit, qvo *legio Melitina Chriſtiana*, Romanis copiis ſiti laborantibus, precibus ſuis à Deo pluvias & victoriam; in hoſtes verò grandines & fulmina impetravit; unde *Legio* iſta *Fulminatrix* nominata eſt. Rem ita geſtam publicè notam fecit Imperator, Hiſt. Prof.

Hiſtor. Sacr.

rator, & *quintam perſecutionem* in qua Juſtinus & Polycarpus jam perierant, ipſe inhibuit. *S. Juſtinus Philoſophus* ad hos etiam Cæſares apologiam miſerat; & hæc eſt illa, quæ priori loco vulgo ponitur, Senatui Romano inſcripta. Ejusdem argumenti librum Marco obtulerat *Melito Sardenſis* Eccleſiæ epiſcopus; item *Apollinarius* Epiſcopus Hierapolitanus. Eodem tempore *Athenagoras* etiam Athenienſis Philoſophus ſuam pro Chriſtianis legationem ſcripſerat. Iſta verò perſecutio abſumſerat *S. Juſtinum*, S. *Polycarpum*, *Pothinum*. Lugdunenſem epiſcopum, cui in epiſcopatu ſucceſſit S. *Irenæus* Polycarpi diſcipulus. *Tatianus* Encratitarum hæreſin condidit. Et *Montanus Phryx* hæreſin proſeminavit, à quo Cataphryges. *Spart. in Vero. Capitol. in M. Ant. Ammian. Marcell. l. 23. Dio in Anton. Eutrop. l. 8. Aurel. Victor. Oroſ. l. 7. Euſeb. l. 4. c. 14, 15. hiſt. & l. 5. & n. 200. S. Hieronymus catal. ſcript. Claudianus de 4.*

*Con-*

*Conſulatu Honorii. Tertullianus in Apolog.c.5.& ad Scapulam c.4. Tatianus contra gentes. Onuphr.l.de imper.Rom.*

LXXX. *Cōmodus* optimi parentis peſſimus filius & vivum proverbii exemplum: *Heroum filii noxæ:* novendecim annorum juvenis imperare cœpit A.C.180. Unde ab aſſentatoribus corruptus, licet Domitiano & Nerone crudelior eſſet, nihilominus *Felix, Pius, Hercules, Amazonius, Exſuperans,* ſexcentisqve aliis titulis appellari voluit. Tandem quum inſatiabilem ſanguinis cuncti exhorreſcerent, primò à *Marcia* concubina veneno petitus, deinde immiſſo validiſſimo palæſtrita *Narciſſo* compreſſis faucibus extinctus eſt. Eo tamen imperante Eccleſia pacem obtinuit. Unde Romæ etiam viri illuſtres & opulenti verbum Dei ſunt amplexi. Eodem tempore Theodotion novam ſacræ ſcripturæ verſionem procudit; ut tres deinceps exſtarent, una 70. interpretū, altera Aquilæ Pon- Hiſtor. Prof. Sacr. Hiſtor.

læ Pontici, & tertia Theodotionis. *Lampridius in Commodo, Herodianus l.1. Dio Aurel. Victor. Eutrop. l.8. Oroſ. l.7. c.16. Euſeb. l.5. Hiſt. c.20. Epiph. l. de ponder. & menſ. Irenæus l.3. c.24.*

Hiſt. Prof. C. *Pertinax*, ob varias vices fortunæ pila dictus, ſeptuagenario major oblatũ accepit imperium A. C. 192. Ante imperium Grammaticem erat profeſſus. Imperator ſenatui favit, in delatores animadvertit, annonæ diligentisſimè providit, ſcurras Commodi proſcripſit & vendidit. Exiſtimavit ſanctius eſſe inopem Remp. obtinere, quam ad divitiarum cumulum per diſcrimina & dedecoris veſtigia pervenire. Sed dum militium inſolentiam refrenare aggreditur, ab iisdem quarto menſe occiſus eſt. *Capitol. in Pertinace. Aurel. Victor. Dio Herodianus lib.2. Euſeb. n. 2209.*

Hiſt. Prof. C. *Didius Julianus* Imperium â militibus emit. Populus R. parricidiam & imperii invaſorem dictitabat. A Senatu capitis damnatus

tus inter fœdisſimas complorationes, cum bimeſtri imperaſſet, trucidatus eſt. Ita imperium male quæſitum, male perdidit. Avarus fuit ac in victu parcus, ut ſæpe nulla exiſtente religione oleribꝰ leguminibusq; contentus, ſine carne cœnaret. Eo tempore quæſtio de Paſchate acriter agitata eſt, in Eccleſia. *Spartianus in Diodo Juliano, Dio Xiphil. Euſeb l. 5. c. 22, 23, 24.* Eodem tempore floruerunt *Clemens Alexandrinus* & *Tertullianus*. Sacra.

C. *Septimus Severus*, natione Afer, opido Lepti oriundus, bellicoſus, & ingenio acer, occiſo Juliano, rerum potitus eſt, A.C. 193. Pertinacis tempore *Severus* Pannoniæ; *Peſcennius Niger* Syriæ; & *Clodius Balbinus* Britaniæ præerat: qui omnes poſt obitum Pertinacis in novas ſpes erant erecti. Severus *Albinum* ſocietate imperii ineſcabat. *Nigro* victo, & ſublato, apud Lugdunum cum Albino de rerum ſuma acie contendit eumque vicit. In Britanniam movit; in e- Hiſt. Prof.

in ejuſque finibus vallum, cujus rudera hodie ſuperſunt, ad coërcendos Pictos excitavit. *Sextam* in Chriſtianos *perſecutionem* exercuit, qua *Victor* Epiſcopus Romanus & *Irenæus* Lugdunenſis ſublati. Quum octodecim imperii ſui annos in cædibus ferè perpetuis bellisq; abſumſiſſet, *Severus* Eboraci deceſſit dicens: *Turbatā remp. ubiq; accepi: pacatam etiam Britannis relinquo.* *Item: Cuncta fui; conducit nihil.* Hæretici novi exorti ſunt *Theodotus Byzantinus, Artemo*, & *Praxeas*. *Tertullianus*, qui apologiam ad Magiſtratus urbis pro Chriſtianis ſcripſerat, Montani hæreſin demum amplexus eſt, inductus aſperioris vitæ ſpecie, *Dio Spartianus in Severo & Nigro. Herodian. l. 2. & 3. Capit. Aurel. Victor. Caſſiodorus. Tertullianus de præſcr. c. ult. Euſeb. l. 6. hiſt. c. 6. Epiph. hæreſ. 44. Theodoret. l. 2. de Fab. hær. Hieron. in cat. ſcriptorum.*

Hiſt. Sacr.

SEC. III.

*Intra annum.*

XX.

XX. *Antonius Baſſianus Caracalla,* Hiſt. Prof.
Severo patre aſperior in imperio
ſucceſsit A. C. 211. *Getam* fratrem
imperii conſortem, altero poſt
patris obitum anno, *Papinianum*
JCtum ac multos alios interfecit
omnesq; trucidavit, qui cum Ge-
ta fecerant, ad 20. millia homi-
num. Alexandriæ etiam in tur-
bam, quæ forte confluxerat, per
milites ſæviit, inmaniaq; admiſit
ſcelera; idque nefarium maximè
quod matrem propriam ince-
ſtaſſet. Exercitum in Parthos du-
cens interiit Macrini prætorio
præfecti inſidiis petitus año im-
perii ſeptimo. Eo tempore quin
ta *verſio Græca* V. T. ſine tamen au-
ctoris nomine Hierichunte in
dolio quodam reperta eſt, *Epiph.
lib. de menſ. & pond. Euſeb. l. 6. hiſt. c. 12.*
*Origenes* tum temporis florere cœ
pit, *Herodian. l. 4. Diol. 77. & 78. Spart.
in Caracalla & Getro Aurel. Victor.*

XX. *Opilius Macrinus* Maurus, in Hiſt. Prof.
colonia Julia Cæſarea natus, cæſo
Caracalla, principatũ ad ſe tranſ-
tulit.

tulit. Ab Artabano Parthorum Rege pacem ingenti pecunia redimere coactus eſt. Militibus parum acceptus fuit: ſive quod immenſa iis, ut Caracalla, non daret ſive quod diſciplinam militarem reſtituturus ſeverè in eos animadverteret. Nam in crucem multos ſuſtulit, & quum ſeditiones pateretur ſæpius, eos decimavit. Unde imperium citò amiſit. *Mœſa* enim ſive *Varia*, Juliæ uxoris Severi ſoror, ex Sohæmiade filiâ nepotem habebat *Avitum* qui & *Baſſianus* dictus eſt, ex avi & proavi materno nomine: ex paterno autem *Varius* Hic à ſacerdotio ſolis, qvod geſſerat, *Heliogabalus* dictus, & pro Caracallæ filio à militibus acceptus, imperator deſignatur. Commiſſo prælio Macrinus victus & captus cum filio *Diadumeniano*, qvi ſola pulchritudine memorabilis eſt. Quum annum unum, & menſes 2. biduo minus regnaſſet occiſus eſt. *Herodian. l. 4. & 5. Capit. in Macrino. Dionis excerpta lib. 79. Eutrop.*

*trop l.8. Aurelius Victorius Lampridius.*

XX. Ita *Varius*, *Heliogabalus* dictus, imperium adeptus eſt A.C. 218. Omnium nequisſimus & alter Sardanapalus, qvum Alexandro necem machinaretur à militibus interfectus, & unco per urbem tractus ac in Tiberim projectus eſt. Infamem potentiam exercuit ultra triennium, eaq; fecit & perpeſſus eſt, quæ absque rubore nequeunt referri. Floruerunt eo tempore *Hippolytus Portuenſis* Epiſcopus, & *Julius Africanus*. *Lamp in Heliog Dio.l.78. Herodianus l. 5. Euſeb. l. 6. c. 16. & 17. Hieronymus catal. Script.* Hiſt. Prof.

XXX. *Alexander Severus*, Heliogabali conſobrinus, pacis belliq; artibus inclutus, Imperator creatus eſt, A. C. 222. In judices corruptos & injuſtos ſeverè animadvertit. Adulatores & ſcurras aula ejecit. Magiſtratus prohibuit eſſe venales, aſſerens, *non poſſe fieri, qvin, quod quis emiſſet, hoc venderet.* In jure adminiſtrãdo clarisſimorũ JCtorum Hiſt. Prof.

rum uſus eſt opera. Chriſti dictū, quod â Chriſtianis didicerat: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris;* ſæpisſimè per præconem repetiit, illudq; e in regia & publicis operibus inſcribi curavit, neque obſcurè Chriſtianis favit. Moguntinæ una cum matre cui ſe ad invidiam usque morigerum præbuerat, interfectus eſt, cùm expleviſſet annos imperii tredecim. Ulpianum JCtum Prætorio præfecerat, qui tamen nocturna militum irruptione confoſſ9 eſt. *Dio Caſſius* Pannoniæ Præſes, ac deinde Cos. in Bythinia decesſit, ejusque hiſtoria hic deſinit. Alexandro hoc *Artaxerxes* Perſa quum Parthos ſuperaſſet, eorumque regem *Artabanum* interfeciſſet, Perſarum in Oriente inſtauravit imperium: ex quo Magi in pretio eſſe cœperunt; quod *Agathias* tradit. Artaxerxem hunc multas imperio Roman. eripuiſſe provincias refert *Herodianus*. At *Lampridius*, *Eutropius* & Euſebius

Per-

Perſam iſtum ab Alexandro victum & triumphatum ſcribunt, *Herodianus. 6. Lampridius in Severo. Oroſ.libr.7.c.18. Zoſimus libr.1.Hieron. & Euſeb.in Chron.*

XI. *Maximinus Thrax*, vaſta corporis mole ac prævalido robore inſignis, obtruncato Alexandro, primus ſine Senatus auctoritate invaſit imperium An.Chr. 235. Bellum Germanicum confecit. Conciliatis omni arte militibus, cùm ob generis ignobilitatem contemni ſe â Senatu videret, in Optimates Romæ per præfectos ſuos ſæviit. Itaque â Senatu hoſtis Reipubl. judicatus, & contra eum primo excitatus eſt *Gordianus*: ac deinde *Balbinus* & *Pupienus* Imperatores creati; & ab hoc *Gordianus Junior* ſedandæ ſeditionis cauſa, ad populum purpuratus productus, & Cæſar appellatus eſt. Maximinus autem, triennio tyrannidis ſuæ nondum exacto, una cum filio formoſiſſimo â mil- Hiſt. Prof.

militibus trucidatur, conclamantibus cunctis: *Expeſſimo cane ne catulum relinquendum.* Ab hoc tyranno *ſeptima* in Chriſtianos *perſecutio* excitata fuerat. In Eccleſia præcipuè floruit *S. Gregorius Thaumaturgus*, Neo-Cæſarenſis epiſcopus. *Lamprid. Eutrop. l. 9. Aurel. Victor. Herodian. l. 7. & 8. Capitol. in Gordiano, Max. & Balbino, Zoſim. lib. 1. Euſeb. lib. 6. Hiſtor. c. 28. Oroſ. lib. 7. cap. 19.*

Hiſt. Sacr.

Hiſt. Prof.

XI. *Gordianus Junior*, Pupieno & Balbino à factioſis militibus trucidatis, annos natus 11 vel 13. vel 16. Auguſtus appellatus eſt A. C. 238. Omnibus corporis animique dotibus præditus, in primis juſtitiæ & caſtitatis amans fuit. Contra Perſas profectus Saporem vicit, Antiochiam, Carras & Niſibin recepit; & Perſas in regionem ſuam compulit. Sed Miſitheo ſocero, cujus prudentiâ temperabatur Gordianus, Philippi inſidiis ſublato, ipſe Imperator per corruptos à Philippo mi-

po milites occiditur, quum imperáſſet ſexeñium. Illius percuſſores ſuis gladiis, iisque quibus percuſſerant Imperatorem, interiere. *Hæreſis* nova in *Arabia* orta docuit animas hominum una cum corporibus extingui, & in reſurrectione carnis eſſe revicturas: cui *Origenes* ſe oppoſuit, & multos ad fidem Catholicam retraxit, *Euſeb.lib.6.Hiſt.c.3.Herodian.lib. 7. & 8. Capitol. in Max. Balb. & Gord. Aurel. Victor. Eutrop. lib.9. Euſeb. l.6.c.18. Oroſ.l 7.c.19. Zoſim.1. Agathias lib.1. Rufus Feſtus.*

L. Poſt Gordiani obitum Senatus Rom. primum creaverat Imperatorem *Marcum*; ac deinde *Hoſtilianum*. Verùm hisce defunctis. *Philippus Arabs*, qui Gordiano interfecto, imperium occupaverat, A. C. 244. illud retinuit, Chriſtianus fuiſſe ab Euſebio perhibetur: ſed *Scaliger* in Animadverſionibus ſuis diverſum oſtendit. Cæterùm anno potentiæ ſeptimo Veronæ Decii

dolo à militibus necatus eſt, & filius ejus *Philippus junior* Romæ: qui nullo commento ad riſum comoveri poterat. Inſignis tunc fuit *Cyprianus* cum eruditione, tum ſanctitate vitæ & martyrii coronâ, quam ſub Valeriano adeptus eſt. *Zonar. Tom.2. Eutrop. lib. 9. Aurel. Victor. Capitol. in Gord. tert. Caſſ. in Chron. Lamprid. in Alex. Onuphrius Euſeb. n. 2260. Oroſ. lib. 7. c. 20. Euſeb. lib. 6. Hiſt. cap. 36. Origines contra Celſum l. 3. Cyprianus Ep. 55. Hieron. de Script.*

L. *Decius* ex inferiore Pannonia ortus, ab exercitu Imperator ſalutatus eſt. A. C. 251. Chriſtianum cruorem ſitiens, *octavam* movit *perſecutionem*, prioribus ſæviorem ingentemque piorum edidit ſtragem; cujus atrocitate factum, ut multi à fide deficerent. Ipſeque *Origenes* multa & acerba paſſus, tandem tamen tormentis fidem ſubmiſit, & idolis ſacrificavit: Sed lapſum hunc ſuum coram tota Eccleſia deploravit.

ravit. *Paulus* ob perſecutionem in eremum ſeceſſit, in qua usqve ad tempora Conſtantini manſit. *Decius* altero Principatus anno, quùm contra Gothos trans Danubium eſſet profectus, in anguſtias deductus, equi lapſu proſtratus, paludis voragine mergitur, ac à Barbaris opprimitur. Periit unà tùm ejus filius natu major *Hetruſcus*, commendatur aliàs, quòd Optimi Principis nomen ei à Senatu tributum, virtutibusque cunctis inſtructus, & armis fuerit promptisſimus. *Zonar. tom. 2. Aurel. Victor. Zoſim. l. 1. Euſeb. l. 6. & n. 2267. Epiphanius Hæreſ. 64. Hieron. in vita Pauli, Amm. Marcell. libr. 31. Caſſiodor.* Pollio *in Valer.*

LX. *Vibius Gallus* imperium A. C. 252. adeptus, filium *Voluſianum* Cæſarem creavit; in Mœſia à militibus, quos *Æmilianus* corruperat, ambo interfecti ſunt, cùm poteſtatem ultra biennium geſſiſſent. Eccleſiam turbavit Novatus, neque lapſos, licet pœni-

tentia eſſent functi, in comunionem recipere voluit, *Zonar. tom. 2. Aurel. Victor Zoſim. Jornandes de rebus Getic. Euſeb. l. 6. c. 32, 34, 35, 37. Eutrop. l. 9. Socrat. l. 4. c. 32. Cyprianus epiſt. 40. Gregor. Nyſſenus Orat. de laudibus S. Gregorii Thaumaturgi. S. Hieron. catal. Scriptorum.*

LX. *Licinius Valerianus* per omnes dignitatum gradꝯ ad ſupremum imperii faſtigium adſcendit A. C. 255. Ejusque filium *Gallienum* Senatus Romæ Cæſarem creavit. *Nonam* ille excitavit in Chriſtianos *perſecutionem*, quâ *Cyprianus* capite plexus & *Laurentius* crate ad ignem toſtus eſt, multique alii tormentis abſumti. Statꝯ Imperii ſub ipſo fuit calamitoſiſſimꝯ, Perſis, Germanis & Scythis irrumpentibus. At ſeptimo imperii anno Valerianum Perſarum rex Sapores colloquii ſpecie circum ventum & captum ludibrio aliquandiu habuit, ac equum conſcenſurꝯ pro ſcabello uſus, eumque tandem detractâ cute interfecit.

ſecit. *Gallienus* autem pace Chriſtianis reddita, dum *Aureolum* unum ex 30. tyrannis, qui tum exiſtebant, bello perſeqvitur, ad Mediolanum ejusdem inſidiis interfectus eſt, unà cum Valeriano fratre diſſimili, quem adpellarat Imperatorem, cùm per años ſex cum patre, & ſolus novem imperaſſet. *Dionyſius Alexandrinus*, qvum Eccleſiam Alexandrinam rexiſſet annos 17. diem obiit ſupremum, anno Gallieni XII. *Oroſ.l.7. Zoſim.l.1. Trebell. Pollio in Valer. 30. Tyrannus & Gall. Feſtus Brev. Agath.l.4. Euſeb.l.7.c.9.12.16.17.18.19. Aurel. Victor. Zonar. Tom.2. Eutrop.l.9. Sulpit. Sever.l.2. Sozomen.l.2.c.5. Cyprianus epiſt.77.78.& 81.82.83. Acta paſſionis Cypriani. Ambroſ.l.1.off.c.12. & l.2.c.28. Gregor. Nazianz. Orat.18. Hieron. catal. Scriptor. Auguſtin.l.15.de civ. Dei c.52 & Tract.27.in Evangel. Johann. Lactant.l.5.inſtit.c.1.*

LXX. *Flavius Claudiꝰ* Dalmata imperiū accepit A.C.267. Princeps parcus, modeſtus, juſtitiæ tenax

& reipublicæ gerendæ idoneus, tantarumque virtutum fuit, ut, ſi diutius vixiſſet, Scipiones & Camillos ſuperaſſet: *Gothorum* & *Alemannorum* aliorumque Barbarorum multa millia occidit. Sed intra biennium imperii Sirmii periit peſte. Ab eo Flavii cognomẽ in Conſtantiũ & Conſtantinum derivatum eſt. *Sabellius Afer & Pentapolita* unam perſonam dixit eſſe Patrem, Filium & Spiritum Sanctum. *Paulus Samoſatenus* Artemonis hæreſin reſuſcitavit, divinitatem filii Dei impugnans: adverſus quem *Synodus Antiochena* habita eſt. *Zonar. Tom. 2. Trebell. in Claud. Aurel. Victor. Zoſim. lib. 1. Eutrop. lib. 9. Caſſiod. Chron. Philaſtrius Brixienſis hær. 65. Theodoret. l. 2. de hæret. fabulis Euſeb. l. 7. Hiſt. c. 22, 23*

LXX. *Aurelianus*, Claudio extincto, conſenſu omnium legionum Imperator factus A. C. 269. *Gothos* in Danubio vicit, & Sarmatos, Suevos & Marcomaños, Mediolanum & Placentiam usque pro-

progreſſos, aliquot prœliis ſuperavit. Italiamque ſervavit, *Tetricum*, qui Galliam & Hiſpaniam tenebat ad deditionem compulit: eumque & *Zenobiam* virilis animi fœminam, quæ Orientem occupaverat, ad Imas victam, Palmyrâ captâ, duxit in triumpho. Firmum, Ægyptum ſibi vendicantem, occidit. Diſciplinam militarem rigidisſimè exercuit. Dolo ac perfidia ſcribæ ſuæ, qui manum Imperatoris imitatus, magnorum virorum catalogum, quaſi Aurelianus eos pararet occidere, conſcripſerat: quod dum verum illi putant Imperatorem trucidant inter Heracleam & Byzantium, anno imperii ſeptimo. Circa hæc tempora exortus eſt *Manes*, ſeu ut alii vocant, *Manichæus*, antea *Cubricus* dictus, hæreticus. *Aurel. Victor. Eutrop. l. 9. Fl. Vopiſcus in Aurel. & Firmo. Euſeb. l. 7. c. 24. Oroſ l. 7. c. 22. Epiph. hær. 66. Theodor. l. 1 de hæret. fab. Hieron. in catal. Script.*

LXXX. *Claudius Tacitus* ſexto cir

citer menſe poſt Aureliani interitum è conſularibus Imperator à Senatu appellatus eſt. A. C. 275. nulla re magis qvàm moderatione memorandus. Sed ſexto imperii menſe exacto militari improbitate eorum, qui cognatum ipſius occiderant, & vindictam metuebant, oppreſſus eſt, quum prius Scythas repreſſiſſet. Eum in imperio ſecutus *M. Annius Florianus* ex matre frater, qui paucorum dierum Imperator nihil gerere potuit. Tarſi eſt occiſus contra Probum profecturus, *Eutrop. l. 9. Aurel. Victor. Vopiſcus in Tac. Zoſim. l. 1. Zonaras. tom. 2. Euſeb. Chron.*

LXXX. *Aurelius Probus*, belli paciſque artibus clariſſimus, delatum ab exercitu imperium invitus accepit. A. C. 276. Aureliani & Taciti percuſſores ſupplicio affecit. In Gallias cum ingenti exercitu profectus à Germanis ſexaginta recepit civitates: deinde Illyricum recuperavit, Thraciam & Aſiam pacavit. *Bonoſum*, homi-

hominem bibaciſſimum, Imperii æmulum, vicit; qui voluntario periit ſuſpendio. Sed ſeptimo principatus ſui anno quùm bellum adverſus Perſas pararet, à militibus, rigidiorem diſciplinã non ferentibus, occiſus eſt, apud Sirmium. Eccleſia Chriſtiana magna tum cepit incrementa, dum præfecturas & honores militares conſeqvebãtur chriſtiani: laxiora etiam ædificia conventib⁹ agendis ſtruebantur. *Zoſim. l.1. Vopiſcus in Probo. Bonoſo & Saturnino. Aur. Vict. Oroſ. l.7.c.24. Eutrop. l.9. Euſeb. 2295.*

XC. *Aurelius Carus* militibus cariſſimus ſucceſſit A.C. 283. *Carinum* itemq; *Numerianum* filios appellavit Cæſares. *Carus* Perſas bello perſequens, Meſopotamiá receptâ, morbo, vel fulminis ictu vel vulnere ad Cteſiphontem progreſſus, extinctus eſt, anno principatus ſui altero. *Numerianus*, qui cum patre in oriente erat, Apri ſoceri ſui dolo interiit: cujus cædem cum *Diocletianus* vindicaſſet,

ab exercitu Imperator appellatus eſt. In Occidente *Carinus* Imperium vivo patre inchoatum perſequutus quidem; ſed dum in prælio contra Diocletianum hoſtibus acrius inſtaret, à tribuno ſuo, cujus conjugem compreſſerat, interfectus eſt anno principatus ſui tertio, *Vopiſcus in Car., Carino & Numeriano. Aur. Victor. Ruf. Feſtus in Breviario.*

XC. *Diocletianus*, Dalmata, obſcuro genere natus, ſed ſuperbia & ſævitia nobilis, imperator ab exercitu ſalutatus eſt An. C. 284. *Maximianum*, qui poſt *Herculeus* cognominatus, Occidenti pręfecit; ipſeq; Perſis & Ægyptiis victis elatus, *Jovius* appellari voluit. Tribus maximè hic inclaruit; ſemel quod ab eo *æra Diocletiana*, quæ & *æra Martyrum*, dicta eſt, quâ multi etiam Chriſtiani olim uſi ſunt. Deinde quod X. & *ultimam in Chriſtianos inſtituit perſecutionem* vehementiſſimam. Denique quod tandem ſe ultrò imperio abdicavit

&

& privatus conſenuit. Memorabile cumprimis eſt *legionis Thebææ martyrium*, qvæ fide Chriſti ab Hieroſolymorum epiſcopo imbuta, poſt Romam ex Oriente accerſita, cum Maximiano Galliam miſſa erat; & quum ſacrificare juſſa id detrectaret, à Maximiano ſemel atque iterum decimata, & tandem immiſſo exercitu conciſa eſt. *Lucianum* quoq; Bibliorum interpretem perſecutio iſta abſumſit. *Euſebius* cit. inferius l.5.c.28 tradit; Perſecutionē iſtam octavo anno cœpiſſe defervescere, & decimo planè ſopitam eſſe. Tandem qvum hi Cæſares imperaſſēt años viginti, ambo imperiū̃ depoſuerunt, *Aur. Vict, Eutr..l.9. Caſſiodorus in Chron. Zoſim.l.2. Flav. Vopiſcus, Zonaras, Tom.2. Oroſ.7. c. 25. Feſtus in Brev. Euſeb.n.2320. & l.8.c.3 & ſeqq. Sulp. Severus l.2.*

## SECULO IV.

## *Intra annum.*

X. *Conſtantius Chlorus & Galerius Maxi-*

*Maximinianus Junior* in ſocietatem imperij anteà allecti ſoli imperare cœperunt, A C.304. Hic eximiꝰ corpore & inſignis bellator, â parentibus agrariis ortus perſecutiōem adverſus Chriſtianos continuavit: Cùm *Conſtantinus* in ſuis provinciis eos nō tantùm ferret, ſed & aulicos apoſtatas ejiceret. Galerius deinde, adoptavit *Maximinum* ex ſorore nepotem; & *Severum*. Hic poſtea inſidiis Maximiani Herculei periit. *Maximinus* etiam Chriſtianos perſequutus, â *Licinio* victus, Tarſi obiit anno Conſtantini octavo. *Galerius* verò jam ante bienniū obierat, morbo fœdo, vermibꝰ eroſus, putredine contabuit. Hinc perſecutionis pœnitens edicto propoſito vetuit occidi Chriſtianos. Atque ita decennalis iſta perſecutio omnino deſiit. *Aur. Vict. Eutrop. l. 9. & 10. Euſeb. l. 8. & de vita Conſtant. l. 1. Sulpitius Sever. l. 2. Zonar. tom 2. Zoſim. l. 2. Oroſ. l 7, Sozom. l. 1. c. 7. Socrat. l. 1. c. 1.*

X. *Conſtantinus Magnus* laudis cupidi-

pidiſſimus patris teſtamento imperator conſtitutus An. C. 306. à conſpectâ in cœlo crucis formâ per motus, Chriſtianam religionem amplexus eſt, eamque ſanctiſſimè coluit. *Maxentio* devicto, cognomen Magni à Senatu ei datum eſt. Deinde Licinium, res novas molientem, vicit & interfecit. *Byzantium* mirè exornatum *novam Romam* & *Conſtantinopolin* à ſuo nomine appellavit, ſedemq; conſtituit imperii. Gothos & Sarmatas Thraciam diripientes profligavit. Cruces & patibulorũ ſupplicia ſuſtulit, Anno Principatus tricesimo primo, cùm filios ſucceſſores conſtituiſſet, piè & placidè obiit.

XX. *Arnobius* & *Lactantius* floruerunt, *Donatus* & *Arius* hæretici exſtiterunt.

XXX Ejusdem Conſtantini M. auſpiciis *Nicææ* habita eſt *Synodus Oecumenica prima.* Cui interfuere 319. Epiſcopi, præter Presbyteros & Diaconos innumeros, marty-

rumqve catervam. A quibus Arii dogma damnatum: 20. Canones conditi:& cõtroverſia de paſchate compoſita. Paphnutius in eodem concilio cohibuit eos, qui ab uxoribus ad cælibatũ adigendos cenſebant Epiſcopos. Quo ipſo tempore *Athanaſius* orthodoxæ fidei adverſus Arianos ſtrenuus defenſor inclareſcere cœpit. *Aur. Vict. Eutr. l.* 10. *Zoſim. l.* 2. *Sulpitius Sever. l.* 2. *Oroſ. l.* 7. *Euſeb. l.* 9. *& l.* 10. *Hiſt. & de vita Conſtantini. Socrat. l.* 1 *Sozom. l.* 1. *&* 2. *Theod. l.* 1. *Zonar. Tom.* 3.

XL. Tres Conſtantini filii diviſum à patre acceperunt imperiũ A. C. 377. *Conſtantius* à freto Propontidis Aſiam & Orientem obtinebat. *Conſtantinus* cuncta trans Alpes habebat; & *Conſtans* Illyricum, Italiam, Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniam, & Achajam (ut *Aurel. Victor.* tradit) *Conſtantinus* à militibus *Conſtantis* occiſus eſt, acto imperii triennio. Verum idem ille Conſtans *Magnentii* dolo interiit, anno prin-

principatus ſui decimo tertio.

*Conſtantius* Ariana labe infectus, qvi Orientem poſſidebat, *Magnentium*, novum in Gallia Auguſtum, vicit, eoq; redegit, ut ſeipſum interimeret. Ethnicos exauctoravit milites, & in pagos diviſit; unde *Pagani* dicti ſunt. *Gallum* patruelem, qui multa fecerat inſolenter, ſecuri percuſſit: Et Orthodoxos ac præcipuè Athanaſium eſt perſequutus. A Perſis tamen magnas accepit clades. Dum contra *Julianum*, qui ab exercitu Auguſt⁹ erat creatus, proficiſcitur, in itinere obiit, *Eutrop. l. 10. Aurel. Victor. Oroſ. l. 8. Zoſim. l 2. Zonar. Tom. 3. Ammianus Marcellin. l. 1. & ſeqq. Sulpitius Sever. l. 2. Feſtus in Brev. Sozom. l. 3. & 4. Tripart. Hiſt. l. 5. Socrat. l. 2. & 3. Hieron. in Chronico Therdor. l. 2.*

L. Floruit hoc tempore *Didymus Alexandrinus*, qui à puero oculis orbatus, nihilominus Alexandrinæ ſcholæ cum laude præfuit, ac in omni doctrinarum laude excelluit.

LX.

LX. *Hilarius Pictavienſis* in Gallia Epiſcopus floruit.

LXX *Julianus Apoſtata*, Galli frater ad Germanos reprimendos à Conſtantio miſſus, in Gallia re bene geſta ab exercitu Auguſtus appellatus eſt. A.C. 361. Fuit ille, ut aliàs omnes Apoſtatæ Chriſtianæ religionis inſectator; alliciens tamẽ magis, qvam impellens ad ſacrificandum. *Artemium* verò Ægypti perfectum, quum ad fidei conſtãtiam adjunxiſſet libertatem increpandi Imperatoris, & alios Chriſtianos, morte multavit, ſed alio juris colore uſus. Occultis enim artibus Chriſtianam oppugnabat fidem. Magiſtratus & præfecturas, niſi gentili nemini committebat. Pueros Chriſtianorum Rhetoricam, Poëticam & Philoſophiam doceri vetabat: *Noſtrorum enim*, inquiens, *ſcriptorũ præſidiis armati bellum contra nos ſuſcipiunt*. Variarum hæreſium antiſtites ſuo qvemqve arbitrio vivere permiſit, eo animo, ut ne inter ſe

ſe concordes eſſent. Gentiles in Chriſtianos graſſari impuné permiſit. Ut Chriſtianis ægrè faceret, templum Hieroſolymitanum inſtaurare aggreſſus eſt. Sed metuendi globi flam̃arum prope fundamentum erumpẽtes fecere locum, exuſtis aliquoties operibus, inacceſſum. In Parthos profectus quum eſſet in prælio percuſſus ab incerto interiit, altero principatus ſui an̄o, *Amm. Marcell. l. 21. & ſeq. Zonar. Tom. 3. Socrat. l. 3. Theod. l. 3. Sozom. l 5. Eutrop. l. 10. Hieron. in Chron. Agath. l. 1. Oroſ. l. 7.*

LXX. *Jovianus* oblatum ab exercitu imperium accepit A. C. 363. Cum Sapore Perſarum rege turpem quidem, ſed neceſſariam iniit pacem. In exilium pulſos reſtituit. Catholicos, & Arianos ad concordiam hortatus eſt. Octavo principatus menſe exanimatus inventus eſt. *Aurel. Victor. Amm. l. 25. 26. Zoſ l. Eutrop. l. 10. Niceph. l. 10. Theod. l. 4. Socrat. l. 3. Feſtus in brevi. Zoſim. l. 3. Sozom. l. 6.*

LXXX.

LXXX. *Valentianus* I. An. C. 364. communibus militum ſuffragiis apud Nicæam Imperator factus, altero menſe pòſt fratrem *Valentem* imperii fecit participem. Fuit orthodoxus: vim nulli faciebat, qui in religione diſſentiret. Rem militarem optimè callebat; erat tamen aliquando crudelis. Qui *Procopium* tyrannum oppreſſit. *Alemannos Quados* & *Saxones* Romanis finibus iminentes arcuit. Valentinianus, & filium *Gratianum* adhuc impuberem creavit Auguſtum. Sarmatarum Legationū ſordibus offenſus ſanguinis vomitu mortuus eſt, anno principatus ſui 12. Interim *Valens* Ariana labe infectus Orthodoxos in Oriente vexavit. *Firmum* Africæ tyrannum per Theodoſium ſeniorem & Imperatoris Theodoſii I. patrem oppreſſit. *Gothos* Arianiſmo infecerat. Hi verò injuriis laceſſiti arma ceperunt adverſus Imperatorem, eumque acie vicerunt, *Valens* ſagitta ſaucius, quum

in

in deſertam refugiſſet caſam, à Barbaris dignitatis ejus ignaris deprehenſus cum tigurio vivus exuſtus eſt, anno Imperii XV. Eâ tempeſtate floruit *Baſilius Magnus* inſignis Eccleſiæ doctor. Iſtis imperantibus mare terminos ſuos egreſſum infinitam hominum multitudinem, & integras nationes oppreſſit. Conſtantinopoli miræ magnitudinis grando decidens multos homines occidit & Nicæa terræ motu collapſa. *Zoſim. l. 4. Amm. 26. & ſeqq. Aur. Vict. Sozom. l. 6. Socr. l. 4. 5. Oroſ. l. 7. Theod. l. 4. Niceph. l. 11. Hier. Chron. Suidas in voce Valens. Scalig. ad Euſeb.*

LXXX. Valentiniano defuncto ſucceſſere filii *Gratianus* antea Cæſar factus, & *Valentinian⁹ II.* qui quadrimus ſtatim á morte Valentiniani I. ab exercitu Imperator fuerat proclamatus, A. C. 375. Hi imperium inter ſe ita ſunt partiti, ut *Gratianus* obtineret Galliam, Hiſpaniam, Germaniam, & Britanniam. At *Valentinianus* Italiam, Il-

lyrium

lyrium &Africam. Valente â Gothis occiſo. *Gratianus* in imperii ſocietam aſſumſit *Theodoſium I.* Auguſtumq; creavit A. C. 379. Pontificis maximi ſtolam titulumq; à deceſſoribꝰ geſtum, animo verè Criſtiano abjecit. *Alemannos* fudit; ſed octavo principatus anno *Maximi* ducis ſui dolo apud Lugdunum Galliarũ interfectus eſt. *Valentinianus* autem anno imperii XVII. *Arbogaſti* comitis ſui fraude interiit. Floruére tum *Gregorius Nyſſenus* & *Nazianzenus*, item q; *Epiphanius*; *Apollinaris & Helvidius*, *hæretici exſtiterunt. Zoſim. l. 4. Socr. l. 5. Sozom. l. 7. Niceph. l. 12. Theod. l. 5. Oroſ. l. 7. Ammian. l 30. 31. Excerpta Aurel. Vict. Sulpit. Sever. lib. 2. Jornandes. Ambroſ. orat. de obitu Valentis.*

XC. *Theodoſius Magnus*, natione Hiſpanus, Trajano, à quo genus (ut *Victor tradit*) ducebat, moribꝰ & corpore ſimillimus, poſt Valentis cladem & interitum, à Gratiano, ut modo dictum, Imperator factus, A. C. 279. regnavit annos

nos 16. Res Romanas mire recreavit; Gothos aliquot prælijs victor Thraciâ ejecit. Athanariũ Gothorum Regem â ſuis pulſum honorificè excepit, & vitâ functum ſuperbo funere extulit. Gothi bonitatem principis admirati: quo factum, ut tota gens Gothorum cum rege ſeſe traderent Theodoſio. *Maximus* Tyrannus, Gratiano occiſo, Valentinianum regno ejecerat; quem Theodoſius in regnum reduxit. Theſſalonicæ verò ad 7000. hominum per milites occidit. Qua de cauſa ab Ambroſio communione excluſus 8. menſium ſpatio. Mortuns eſt exacto principatus año. Cæterum ipſe contra *Macedonium* coëgit *alteram Synodum Oecumenicam*, quæ fuit *Conſtantinopolitana prima. Vandali* ſub Conſtantino M. imperio Rom. ſe ſubjecerant, & in Pannoniis ſibi conceſſis aliqvandiu pacificè habitárant; hoc verò tempore caput erigere cœperunt, ac paulò poſt Gallias & Hiſpa-

Hiſpanias populati, inde poſt triginta annos ſedes ſibi in Africa fixerunt. Eodem tempore *Ambroſius, Chryſoſtomus, Hieronymus.* & *Ruffinus* floruére. *Zoſim. l. 4. Zonar. Tom. 3. Sozom. l. 9. Oroſ. l. 7. Niceph. l. 12. Suidas in Theodoſ. Socr. l. 5. Cedrenus p. 261. Hieron. in Catalog. Ambroſ. de obitu Valentis & Theodoſii. Aurel. Vict. in Theodoſio deſinit.*

C. Mortuo Theodoſio filii ipſius diviſum acceperunt Imperiũ, A. C. 395. *Arcadius* Orientem; & *Honorius* Occidentem obtinuit. Sed illorum tenera ætas inſidiis expoſita, grave peperit diſcrimen imperio. *Ruffinus* tutor Arcadii *Alaricum* Gothorum regem attraxit in Græciam. *Gildõ* Africam regniq; faſtigium occupare auſus eſt. Et *Stilicho* Honorii tutor ac ſocer per ſpeciem tutelæ principatum affectare cœpit, omnemque excivit barbarié eo conſilio, ut turbata re Romana, filio ſuo Eucherio imperium pararet. Sed fraude detectâ, unà cum filio occiſus

ciſus eſt juſſu Honorii: qui Romæ deceſſit ſine liberis, anno imperii XXIIX. *Arcadius* autem anno Principatus XVI. *Longobardi*, hoc tempore in Pannoniam habitatum conceſſerunt. *Auguſtinus* Hipponenſis Epiſcopus & *Prudentius* floruére, *Zoſim.l.5.6.Zonar.Tom.3.Niceph.lib,12,13. Socrat.l.5. Oroſ.l.7. Sozom.lib.6. Theod.lib.8. Marcellinus in Chron, Cederenus p. 274.*

SECULO. V.

## *Intra annum.*

X. *Theodoſius II.* ſive *Junior* puer octiennis, patri ſuo Arcadio in Orientis Imperio ſuccesſit An. C. 408. Huic pater moriens tutorem conſtituit Isdigerdam Perſarum Regẽ. Quâ occaſione fides Chriſtiana in Perſiana in Perſia propagata eſt. Pulcheria ipſius ſoror, Anthemii utens opera, Oriẽtem cum laude rexit, & tenerum Imperatorem rectè educari curavit. Fuit Theodoſius ille Princeps manſvetisſimus, & lectioni ſacrarum

rum

rum literarum ac pietati deditiſſimus. *Codicem* promulgavit *Theodoſianū*. Equo delapſus, contracto ex luxatione vertebrarum morbo, obiit quinquagenarius, año principatus ſui XLII. *Alaric⁹* W eſt. Gothorum rex hoc tempore Romam cepit & diripuit. Videantur Auctores ſupra citati, itemque *Niceph. l 14. Jornandes. Evagr. l. 1. Caſſiodorus in Chron. Suidas in Theod. Min. Procopius & belli Perſ. l 1. Sozom. l. 9. Marcell. in Chron.*

XX. *Vandali* rege *Gunderico* Hiſpanias occupárunt. Incipit etiá hoc tempore *altera Francorum dynaſtia*, duce *Pharamundo*: *Oroſius* hoc tempore floruit, *Procop. de Bello Vand. Proſper. in Chron. Paulus Diaconus l. 14. Aimoin. l. 1. Geſta Francor.*

XXX. *Valentinianus III.* Theodoſii junioris conſobrinus exemto rebus humanis Honorio, Occidentis Imperator â Theodoſio nuncupatus A.C. 425. Imperium geſſit multiplici clade, rerumq́ve mutationibus infame: Quippe

*Clodius*

*Clodius* Pharamundi filius ditionem ſuam trans Rhenum extendit; & *Merovæus* ipſis ſucceſſor ſedem in Gallia firmavit. *Proſper. in Chron. Sidon. Carm. 5. Amoin. l. 1. Sigebert. Gregor. Turon. l. 2. Attila* Hunorum Rex, CCCC. armatorum millibus Gallias invaſit, ſed ſingulari virtute Aëtii repreſſus eſt, *Proſper. Jornandes de rebus Geticis* Paul. *Diacon l. 5. 1. Marcellinus Comes in Chron. Angl*' gens Saxonum à Britañis adverſus Scotos Piſtosq; acciti, Britanniam ſubegerunt. Valentinianus quod *Aetium*, ex calumnia ſuſpectum ſibi redditum, occidiſſet, à militibus & ducibus Aëtii interfectus eſt año Imperii XXX. Floruit eo tempore *Theodoretus Marianus Scotus, Zonaras Tom. 3.*

XL. Synodus *Oecumenica III. Epheſi* habita eſt adverſus *Neſtorium*. qui unionem perſonalẽ in Chriſto negabat. Et Vandali duce *Genſerico* in Africam, trajecti Carthaginem occupárunt: Eodemque tempore floruére *Cyrillus, Vincentius*

*tius Lirinenſis, & Leo Magnus Socrat.l. 6.Evagr.l.1.Niceph.l.14.Proſp.in Chro. Paulus Diacon.l.14. Caſſiodorus in Chr. Procop.l.3. belli Vandal.*

L. *Martianus*, Theodoſio defuncto ob inſignem pietatem & prudentiam, *Pulcheriæ* ope ad Orientis Imperium evectus eſt A.C.450 Crebrò in ore illud habuit: *Imperatori bello abſtinendum, quamdiu honeſta pace frui liceret.* Pacem igitur fecit cum Vandalis & Perſis. Anno Imperii VII. *Aſparis* inſidiis periit, *Procop. belli Vand. Evagr.l.2. Jorn. de regnorum ſucceſſ Sidonius Apoll. Aimoin.l.1.c.23. Trithemus in Compend.*

LX. Martianus *Synodum Oecumenicam quartam* indixit Chalcedonenſem, in qua *Eutyches*, *Dioſcorus* aliiq; eorũ aſſeclæ ſunt damnati: *Evag.l.2.c.4. Zon.tom.3. Niceph.l.15.c.2*

LX. *Leo Thrax*, ſtudio Aſparis Martiano in Orientis Imperio ſuffectus eſt, A.C.457. PrinepsOrthodoxæ qvidem fidei tenax, ſed infelix. XIIX. principatus año moriens, prætento Zenone genero, Leo-

Leoni, ſuo ex filiâ nepoti regnum legavit. *Occidentis* autem *imperium*, exitio proximum, ultimos habuit partim Tyrannos, partim Imperatores. *Jornandes. Evagr. l. 2. Zonar. Tom. 3. Paulus Diac. l. 15. Niceph. lib. 15. Caſſiod. in Chron. Procop. lib. 3. de bello Vand. Aimonius l. 1. Marcellin.*

LXXX. *Zeno Iſaurus* â filio, Leone infante, in ſocietatem imperii aſſumtus eſt, A. C. 474. Idq; filio defuncto, ſolus obtinuit años XVII menſes quinque: Animo pariter & corpore turpis à *Baſiliſco* tyranno regno pulſus eſt; qvod tamen recuperavit. Deinde *Martianus*, Anthemii olim in Occidente Imperatoris filius, potentiam invaſit. Zeno ſive acutiore morbo, ſive nimio vino exanimatus cum cõcidiſſet, Ariadnæ uxoris juſſu in ſepulchrum vivus illatus eſt, A. C. 476. *Odoacer Herulorum* Rex, occupatâ prius Italiâ Romam cepit, pulſoq; in exilium *Auguſtulo*, *Italiæ Regem* ſe nominavit, & Ravennam regni ſedem elegit. Itaq; Occiden

tis gloria in Auguſtulo planè occidit, *Evagr. l. 2. & Procop. l. 1. Gethic. Caßiod. in Chron. Jorn. de regnorum ſucceſſu. Suidas, in Zenone, Cedron. p. 288. & 299. Zonar. Tom. 3. Marcell. in Chro. Jornand. de rebus Got. c. 46 Niceph. l. 5. 16. Gregor. Turon. l. 2 Hiſt. Franc.*

XC. *Clodoveus Magnus* Francorũ rex ad Chriſtianam religionem converſus à Remigio Epiſcopo Rhemenſi baptizatur, *Gregor. Turonenſ. Franc. Hiſt l. 2. c. 29. & ſeqq. & l. 3. c. 27. Sur. in vita Remig. Aimoin. l. 1. c. 12. Iſidorus in Chronico Gothorum.*

C. *Anaſtaſius* cognomento *Dicorus*, Epirota Dyrrachio ortus ab Ariadna ad imperium pariter & conjugium A.C. 491. evectus, *Eutichianam* hæreſin ſupra modum propugnavit. Iſtius auſpiciis habita eſt *Synodus Eutichiana Sidone* A.C. 512. *Proclum* Mathematicũ in pretio & honore habuit. Fulmina metuẽs qvum diſcurſaret per cubicula, mortuus inventus eſt anno principatus ſui XXIIX. *Theodoricus Veronenſis* dictus, Italiæ regnum occu-

occupavit, A.C. 493. Illudq́; bene & prudenter inſtituit, & juſtitiam ſapientiſſime adminiſtrari juſſit. Ab occiſo Odoacro regnavit an. 33 menſ 6. Ei ſucceſſit filius *Athalaricus*. *Evagr. l. 3. Niceph. l. 16, 17. Cedrenus p. 293. Marcellinus Chron* Procop. *l. 1. Caſſiodorꝰ in Chron. Jorn. de regnorũ ſucceſſu. Paulus Diacon. l. 15. Zonar. tom. 3. Sigeb. Gembl. Aimon. l. 1. Iſid. Chron.*

## Seculo VI.

## *Intra annum.*

X. *Boethius* Theologus & Philoſophus clariſſimus floruit.

XX. *Juſtinus* primùm ſubulcus, deinde bubulcus: pòſt lignarii miniſter; hinc miles, ac demum Imperator pecuniâ alienâ A. C. 518. factus, concilii Chalcedonenſis decreta acerrimè propugnavit. Cum quarto ante obitum menſe *Juſtinianum* ſucceſſorẽ deſignaſſet, in vivis eſſe deſiit, geſto imperio annis IX. Juſtinus iſte analphabetus fuiſſe perhibitur. *Francorum dynaſtia*, in quatuor par-

tes tunc diviſa, novum *Auſtraſiæ* regnum peperit; primus in eo rex erat *Theodoricus*. *Gregorius Turon.l.3 Iſidor. Aimoin.l.2. Sigeb. Gembl.*

XXX. *Juſtinianus*, Juſtini ſorore *Bigleniza* & patre *Sabbatio* genitus, conſenſu ſenatus atqve exercitus Auguſtus appellatus, A. C. 527 per Beliſarium ducem, cui comes ivit *Procopius* hiſtoricus Cabadem Perſam præliis attrivit.

XL. *Africam, deleto* ibidem *Vandelorum regno*, recepit. *Romam* recuperavit: & paulò poſt *Vitigen* Gothorum regem cepit. Idem deinde contra *Coroém* & *Totilam* miſſus rem præclarè gesſit. Totiales tamen per abſentiam Beliſarii Romam proditione captam mœnibus nudavit. Beliſarius in Italiam reverſus urbem recepit, & acriter defendit. Quum verò ad bellum Perſicum proficiſceretur, deſertam à Beliſario Italiam percurſavit Totilas, & urbe Româ denuò potiùs eſt. Sed haud multò poſt à *Narſete* eunuchô, Juſtiniani duce,

aci

acie victus, acceptoque vulnere occubuit. Juſtinianus interim *jus vetus* per immenſa volumina ſparſum in paucos libros digerendū curavit. *Codicem juris* civilis promulgavit An.C. 529. *Inſtitutiones* & *Digeſta* A.C.533. Tria inſtituit Gymnaſia, ubi doceretur illud jus, Romæ Conſtantinopoli, & Beryti in Syria. Idem etiam globo, cui ſuperiùs crux erat infixa, pro inſigni imperii uſ9 eſt primus, eoq; ipſo ſe regnum habere à Chriſto declarare voluit.| Eodē tempore *Dionyſius Exiguus* cyclū Paſchalem ſcripſit, condiditq; *æram vulgatam.*

L. Juſtiniani etiam auſpiciis habita eſt *Synod⁹ Oecumenica V.* quæ eſt *Conſtantinopolitana II*, Obiit Juſtinianus āno principatus XXXIX. *Evagrius l.4.c.37. Zonor.tom.3.*

LX. Hoc demum tempore *Tejas* Gothorum in Italia rex ultimus â *Narſete* ad Cumas victus & occiſus, regnumque iſtud ibidem extinctum eſt. *Procop. de bello Perſ.l.1. Paulus Diac. l. 16. Niceph. l.17.*

*Zonar. Tom. 3. Aimoinus l. 2. Marcell. in Chron. Gothor. Procop. de bello Goth. l. 1. 3. & bell. Vand. 3. 4. Sigebert. Chron. Gregor. Turon Evagr. l. 4. Jorn. de rebus Goticis Agath. l. 1. 2, 3, 4.*

LXX. *Juſtinus Junior*, Juſtiniani è ſorore *Vigilantia* & Patre *Dulciſſimo* natus principatum adeptus A. C. 565. Vecordiâ ſuâ tantum pæne afflixit Imperium Romanum, quantum illud Juſtinianus & Beliſarius erexerant. *Narſetem*, virum belli pacisqve artibus inclytum, Italiæ adminiſtratione amovit, *Longino Patricio* in locum ejus ſubmiſſo, qui primus Ravenæ *Exarchus* appllatus eſt. Narſes contumeliâ Auguſtæ ad colum & penſum revocatus, *telam ejuſmodi ſe texturum minatus eſt, quàm neq; ipſa, neq; maritus ejus retexeret.* Ab ipſo igitur Narſete *Albonius rex Longobardorum* è Pannoniâ in Italiam excitus, Galliam Ciſalpinam primô impetu cepit. Regio illa *Longobardia* dicta eſt; quam ad tempora usque Caroli Magni obtinuerunt.

runt. Juſtinianus obiit actis potentiæ annis XVI *Zonar. Tom.3. Niceph. l.17. Evagr. l.45. Aimoin. l.3. Iſidor. Chron. Goth. Paulus Diac. l.16. Hiſtor. Miſcel. & l.2. & 3. de geſtis Longobard.*

LXXX. *Tiberius II.* Princeps lenis, juſtus, munificentiâ & felicitate inclytus, Juſtino defuncto ſolus imperio præeſſe cœpit A. C.582. Armenios & Perſas multis magnisq; cladibus per duces ſuos affecit ac domuit. Mancipia ex Hunnis aliisque Europæis emerat, eosq; ad militiam inſtructos, *Mauritio* duce contra Perſas miſit, qui re feliciter geſtâ, reverſus Cæſar deſignatus eſt. Pauperũ inprimis egeſtatem ſuâ ſublevavit liberalitate. Qvum aliquando tabulam marmoream cruce inſignitam è pavimento, ne pedibus ſancta crux conculcaretur, tolli jusſiſſet, ingentem inibi auri vim defoſſam invenit: Poſtquã principatum ſolꝰ tenuiſſet annos IV. contracta è præcocium mororum eſu tabe deceſſit. Ejus ætate,

Romæ deſinebant Latine loqui; adeo lingua illa tum erat corrupta. *Paulus Diac. l.17. Hiſt. miſc. & de geſtis Longob. l.3. Evagr. l.5. Cedrenus p. 322 & ſeqq Niceph. l.18 Zonar.* Tom.3. *Sigebert. Anno 581. Aimoin l.3.*

XC. *Mauritius Cappadox*, mortuo Tiberio ſolus imperare cœpit A. C.586. Maxima cum Avaribus & Perſis bella gesſit. Militib9, quod ſtipendii partes armis & veſte ſibi perſolvi abnuerent, ſuccenſens, XII. millia á Cagano Avarum Rege capi fecit; quos quum exigua pecunia redimere nollet, reliqu9 etiam exercitus parciùs & rigidi9 habit9, *Phocas* Imperator proclamatur, qui Mauritium cum conjuge liberisq; omnibus trucidavit, anno imperii XVI, *Zonar. Tom. 3. Evagr. l.5. & 6. Paulus Diac. l.17. Nicoph. l.18. Aimoin. l 3. Chron. Alex.*

C. Floruit hoc tempore *Gregori9 Magnus* Epiſcopus Romanus, qui primus ſe nominavit *ſervum ſervorum* Dei. In Britanniam ad Saxones miſit *Auguſtinum monachum* a-

lios-

liosque, per quos illi ad fidem perducerentur Chriſtianam. *Beda l.1.c, 23. & ſeqq. Gregor.l.2.c.34.*

SECULO VII.

## *Intra annum.*

X. *Phocas* ab exercitu rebelli Imperator creatus A.C.602. libidine & furore præceps in cives ſæviit. Quum *Coſroes* Perſarum rex, ob Mauritii amici ſui cædem, parricidæ bellum moveret, & fines imperii longè lateque popularetur: *Bonifacius III.* Epiſcopus Romanus, quod Mauritii cædem probáſſet, à Phocâ *primatum*, in Eccleſiâ hactenus controverſum, obtinuit. Octavô autem poteſtatis annô Phocas ab *Heraclio* captus & in camino vivus exuſtus eſt, *Zonar. Tom.3. Niceph.l.10. Paulus Diac.l.10.& Hiſt.Long.l. 4. Georg. Cedrenus p.352. Marian.Scotus l.2. Aimoin. l.4.*

XX. *Heraclius*, Phocâ trucidato, principatum adeptus An.C.610. Rempubl. lentè quidem, ſed egregiè reſarſit. *Choſroes* Perſarum Rex

Rex multas imperii Romani occupaverat provincias, & Salvatoris crucem in Perſidem deportaverat. Hunc de pace rogavit Heraclius. Sed Perſa ſuperbè reſpondit, tum ſe illam conceſſurum, quum Heraclius DEO crucifixo abnegato, adoraret ſolem. Avaribus igitur, qui Thraciam invaſerant, utcunque placatis in bellum Perſicum incumbit Heraclius, ex aurô templis detracto curavit monetam cudi, quam militibus daret: ingentique victoriâ potitus hoſtem compulit reddere ademptas provincias & captivos, ſanctamq; crucem; quam Heraclius Hieroſolymam tranſtulit. Regnavit annos triginta duos. *Paulus Diacon. lib. 18. Zon. tom. 3. Niceph. breviar. Cederen. Theophanes Aimoin l 4. Sigebert. Chron.*

XXX. *Mahomed* impoſtor hac tempeſtate prodiit, ſparſóque novo dogmate adſeclas colligere cœpit. Quum in patria ſua *Mecha* novam illam legem divulgaret, à

ret, à popularib9 ſuis ejectus eſt, *Medinam* ſe recepit. Ea fuga incidit in annum XIII. Heraclii, æræ Chriſtianæ 622. unde epocha Saracenorum, quam *Hegiram*, hoc eſt *fugam*, dicunt, initium ſumit. *Paul. Diac. Zonar. Cedren⁹, Theophan.*

XL Quum Saracenis Heraclio militantibus non tantùm ſtipendia eſſent denegata, ac etiam per ludibrium à quæſtore canes adpellati; iſti ignominiâ hâc exacerbati, gentem ſuam in rebellionem concitarunt, magisq; ſucceſſibus aucti Romano imperio funeſtas intulerunt calamitates. *Johannes Philoponus* Philoſophiæ peritiſſimus, hæreſin *Monotheletarum* amplexus *Tritheitarum* condidit. Iſidorus Hiſpalenſis orthodoxam fidem in Hiſpania egregie promovit: præfuit concilio Toletano IV. quod Apocalypſin libris canonicis adſcripſit, & præcepit, ut illa ſemel in anno ex ſuggeſtu publicè in Eccleſia explicaretur. *Paul. Diac. l. 18. Anaſtaſ. in Bibl. Cedren.*

L.

L. *Conſtantinus III.* patri ſuo Heraclio ſuccesſit An. Chr. 641. Sed quarto imperii menſe à *Martina*, novercâ ſuâ, veneno interemptꝰ eſt, in ejusq; locum ſuffectus *Heracleonas* deceñis *Martinæ* filius. Verum ſexto inde menſe ambo in Cappodociam à ſenatu relegati ſunt, & *Conſtans II.* Auguſtus pronunciatus eſt; qui navali prælio à Saracenis victus, eorum invidioſis ſuccesſibus haud potuit reſiſtere. Tandem Syracuſis â ſuis occiſus eſt in balneo, anno principatus ſui XXVII. *Zonar. Tom. 3. Paul. Diac. l. 19. Aimoin. l. 4. Sigebert. in Chron. Guilhel. Tyrius l. 9. c. 20. Cedern.*

LXXX. *Conſtantinus IV. Pogonatus* ſive *Barbatus*, qvod imberbis in Siciliam ad genitoris cædem ulciſcendam inoviſſet, & promiſsâ barbâ rediiſſet, cognomento dictus ſuccesſit A. C. 669.

LXXX. *Saraceni* graviter tunc afflixerunt rem Romanam & *Byzantium* claſſe obſederunt annis 7 ſed ejus parte *Callinici* Mathematici

ticiartib⁹ exultâ, pacem inierunt cum Imperatore in triginta annos. Juſſique Saraceni tributum pendere Romanis. Bulgaris tamen Imperator tributum reddere coactus eſt. Ejus auſpiciis habita eſt *Synodus Oecumenica VI.* quæ eſt *Conſtantinopolitana III.* anno hujus ſeculi LXXXI. *Agatho* eo tempore Epiſcop⁹ Rom. cum ad hoc concilium legatos mitteret, Conſtantino ſcribens; *propter barbarorum in Occidente dominatũ, quodq́; clerici manuariis operis victum quærere cogantur, plenam S. Scripturarum apud ſe ſcientiam non inveniri*, conqueſtus eſt. *Conſtantinus* deceſſit año principatus XVII. *Zonar. tom. 3.* Paulus *Diac. l. 19. & de geſtis Longobard. l. 5. c. 12. & ſeq.* Cederen. *Regino l. 1. Ado Vienenſis.* Theophanes. *Niceph. brev.*

XC. *Juſtinianus II.* cognomento *Rhinotmetus*, patri Conſtantino ſuffectus A. C. 685. induciis Saracenicis temerè & infeliciter renunciavit. At illi Deo fœderis teſte, invocato, tabulas fœderis ex

haſtâ

haſtâ ſuſpenſas præferentes, Romanis occurrerunt, eosq́; tanta affecerunt ſtrage, ut ipſe Cæſar vix cum paucis evaderet. An. C. 692. Juſtiniani auſpiciis Conſtantinopoli habitum eſt Concilium, in quo nomine *ſextæ Synodi*, ante decem annos actæ, canones quã plurimi conditi ſunt ac editi de diſciplina Eccleſiaſtica, ac inter cætera ſtatutum de clericorum; qvod iis liberum fuit permiſſum. Abſtinerent modo iis tempore adminiſtrationis myſteriorum. Canonis illi ab Eccleſia Orientis ſunt recepti; Sed Sergius Papa R. eos rejecit, ac damnavit. De iis diu in Eccleſia diſceptatum fuit. Ab hoc tempore Eccleſia Orientis à Pontifice Rom. ſe ferè ſeparavit firmavit. *Hugo* de *Conciliis* affirmat, hanc Synodum definiiſſe, ut eandem habeat poteſtatem patriarcha Conſtantinopolitanus, quam haberet Romanus. Decimo imperii anno *à Leontio* comprehenſus, naſoq́; mutilato

in

in exilium mittitur Juſtinianus II. Sed *Leontius* imperium ita acquiſitum triennio pòſt amiſit. Per tumultum enim ab *Abſimaro*, qui & *Tiberius III.* dicitur, captus, naſoq; truncatus, in cuſtodiam traditus eſt. *Paul. Diac. l. 19. Zonaras Cedrenus. Niceph. breviar. Theophanes Anaſt. in Serg. Beda de 6. ætat. Grat. diſt. 16*

SECULO IIX.

## *Intra annum.*

X. *Juſtinianus II.* imperio recuperato *Leontium* & *Abſimarum* ſupplicio affecit: & quoties truncas emunxit nares, unum ex his, qui cum Leontio fecerant, ad ſupplicium rapuit. *Philippicus Bardanes* demum contra eum Imperator factus A. C. 711. Juſtinianum perſecut⁹ eſt. *Helias* Juſtiniano capto ſuá manu caput amputavit: filiusq; ejus è templo abſtractus ſecto gutture occubuit, de ſtirpe Heraclii ultimus: cui ſoli Auguſtorum contigit, ut ſextum è ſua progenie haberet ſucceſſorem.

Sed

Sed *Philippicus* altero imperii año à ſuis excœcatus in exilium pulſ9 eſt. Iſtius auſpiciis Conſtantinopoli Concilium habitum eſt *pro Monotheletis*; quod damnavit Synodum Oecumenicam ſextam. *Zonar. Tom.3. Paul. Diac. l.19. & 20. Regino l.1. Suidas in Juſtin. Cedren.*

XX. *Artemius* ſive *Anaſtaſius II.* altero imperii anno itidem regno exutus in clericũ tonſus, & Theſſalonicam in exilium miſſus eſt. Poſtea, quum ad Bulgaros Juſtiniani II. exemplum ſequutus cõfugiſſet, ab iisdem Leoni traditus eſt. Eodem tempore *Saraceni*, *Roderico* Gothorum in *Hiſpania* Rege cæſo, omnem ferè occuparunt *Hiſpaniam. Roderic. Toletan. l.3.*

XX. *Theodoſius III.* obtruſum à militibus imperium invitus accepit A.C.714. Sed cum vires ſuas *Leoni* impares conſpicaretur, unà cum filio cœnobium ingreſſ9 reliquam ætatem in otio tranſegit. Epheſi moriens vocabulum hoc tumulo ſuo juſſit inſcribi, ὑγίεια, i.e. Sani-

Sanitas. *Cedren. Niceph. brev. Theoph.*

XX. *Leo Iſaurus*, infimæ ſortis homo, favore militum ad imperium emerſit A.C. 716. Saracenos qui, Aſia vaſtatâ, Pergamum obſederant, repulit: & Tiberium tyrannum in Sicilia per duces ſuos oppreſſit. Quum ſtatuas religioſa veneratione videret coli, eas tolli & aboleri juſſit. *Edictum de tollendis & demoliendis imaginibus* promulgatum eſt anno ſeculi hujus 24. Quæ res ei cognomen *Iconomachi* & Eccleſiæ ingentes turbas dedit. Nam *Gregorius II. Pontifex R.* imagines ſacras ad juvandam imperitæ multitudinis memoriam retinendas contendit: ipſumqve imperatorem eâ de cauſâ anathemate notavit: & Romæ Italiæque proventus detinuit: unde Romani, relicto Imperatore, ſe in fidem pontificis dedere. *Leo* autē Eccleſiæ R. proventus per Siciliam & Calabriam viciſſim ſuo addixit fiſco impeditusqve crebris Saracenorum excurſionibus, defectio-

fectionem iſtam haud potuit ulciſci. Ita ex Imperatoris & Papæ conflictu novus in Occidente dominatus ſurrexit. *Gregorius III.* ſecundi ſucceſſor, acto Romæ Concilio, omnes imaginum oppugnatores communione excluſit ſacrâ: ipſum Imperatorem ſolenni deteſtatione damnavit. Concilio iſti ferè mille interfuere Epiſcopi. Inito quoqve cum *Francis* fœdere Romam Italiamqve à Græco imperio abſcindere parabat, tantosque concitavit motus, ut Leo claſſem ad compeſcendos pontificis auſus in Italiam dirigeret. Hac occaſione Imperium R ad Francos translatum eſt. Obiit Imperator anno principatus ſui XXIV. exacto. *Zonar. Tom. 3. Paul. Diac. l. 20. & 21. & Hiſt. Long. l. 6. Cedren. Sigebert. Gembl. Niceph. brev. Anaſtaſ. in Gregor.*

XXX. *Rodericus* Gothorum in Hiſpaniâ rex à *Mauris*, perfidiâ comitis ſui *Juliani* victus, cum omni Gothorum nobilitate occiderat; atque Weſt-Gothorum in Hiſpa-

Hiſpania regnum à barbaris eam occupantibus, planè deletum erat. Sed *Aſtures* & *Cantabri* contra Saracenos invicti perſtiterunt: ac *Pelagium* ê regio Gothorum ſanguine ortum, ſibi elegerunt ducem; qui rudera regni collegit, & *Dynaſtiam alteram regum Aſturiæ & Legionis* condidit. *Roderic. Toletanus l.3. & 4. Vaſæus in Chron. Hiſpan.*

XL. *Johannes Damaſcenus* imaginum patronus hac tempeſtate claruit.

*Conſtantinus V. Copronymus*, quod baptiſmum ſtercore fœdaſſet, dictus, paternum accepit imperiũ A.C.741. Quod iconolatras graviter inſequeretur, plerorumq; ſubditorum odia incurrit; unde, dum abeſt in bello Saracenico, *Aritabaſtus*, ſororis ejus maritus, adnitente ſimul *Anaſtaſio* patriarcha, regnum invaſit. Hinc inteſtinum inter affines bellum, tertium in añum geſtum eſt, quo tandem victor Conſtantinus tyrannum captum, excœcatumq; ludibrio expo-

expoſuit. Anaſtaſium patriarchā verſo ad aſini caudā capite, ignominiosè per urbem circumduxit. Monachis imperavit Conſtantinus uxores ducere, niſi velint oculis erutis in exilium deportari. Regnavit annis xxxiv. *Paul. Diac. l. 22. Zonar. tom. 3 l Cedren. Anaſtaſ. in Zach. Sigebertus Gembl.*

L. *Francorum regibus* in luxum & inertiam ſolutis palatii præfecti, Majores domus adpellati, pleraque deinceps omnia adminiſtrabant, ex quibus *Carolus Martellus* multis victoriis elatus *Princeps Franciæ* appellari voluit. Is à Gregorio III. imploratus *Luitbrandum* Longobardorum regem, qui ad imperii ſpem evectus Romam obſederat, ab incepto deterruit. Carolus Martellus moriens filiis ſuis *Carolomanno* & *Pipino* regimen legavit. Conſtantini V. auſpiciis Conſtantinopoli Synodus à CCCXXXIIX. Epiſcopis habita A. 755. quam Imperator Oecumenicam VII. adpellari voluit. Ea cul-

cultum imaginum damnavit, *Paul Warnfrid. l. 6. Hiſt. Longob. Fred. c. 104. 106. 108. Sigebertus. Paulus Æmilius in Hiſt Gall. Sigon. l. 3.*

Chaba Attilæ filius poſt longũ cum fratribus certamen à Gepidarum Rege pulſus cum ſuis in Scythiam, ex qua fuerant egreſſi, redierat jam Martiano Romanis imperante. Sed poſtea A. C. 744. Hunni iſti, qui in Pannonia manſerant, ê Scythia gentiles ſuos evocarunt, qui ſecundo in Pannoniam egreſſi Tranſilvaniam occuparunt. Et hæc eſt altera Hunnorum Dynaſtia ſub ducibus. *Sigebertus. Jornandes de rebus Goth.*

LX. Sed *Pipinus*, Carolomanno monaſticã vitam amplexo, Franciæ regnũ affectare cœpit. *Zacharias* igitur pontifex, ut adverſus *Longobardos* & *Imperatorem* ſibi vires compararet, *Childericum* Franciæ regem legitimum regno exui, & Pipinum inungi juſſit. Interim *Aiſtulphus*, tum Longobardorum rex, expugnatâ Ravennâ, etiam cæte-

expoſuit. Anaſtaſium patriarchã, verſo ad aſini caudã capite, ignominiosè per urbem circumduxit. Monachis imperavit Conſtantinus uxores ducere, niſi velint oculis erutis in exilium deportari. Regnavit annis xxxiv. *Paul. Diac. l. 22. Zonar. tom. 3 Cedren. Anaſtaſ. in Zach. Sigebertus Gembl.*

L. *Francorum regibus* in luxum & inertiam ſolutis palatii præfecti, Majores domus adpellati, pleraque deinceps omnia adminiſtrabant, ex quibus *Carolus Martellus* multis victoriis elatus *Princeps Franciæ* appellari voluit. Is à Gregorio III. imploratus *Luitbrandum* Longobardorum regem, qui ad imperii ſpem evectus Romam obſederat, ab incepto deterruit. Carolus Martellus moriens filiis ſuis *Carolomanno* & *Pipino* regimen legavit. Conſtantini V. auſpiciis Conſtantinopoli Synodus à CCCXXXIIX. Epiſcopis habita A. 755. quam Imperator Oecumenicam VII. adpellari voluit. Ea cul-

cultum imaginum damnavit, *Paul Warnfrid. l. 6. Hiſt. Longob. Fred. c. 104. 106. 108. Sigebertus. Paulus Æmilius in Hiſt Gall. Sigon. l. 3.*

Chaba Attilæ filius poſt longũ cum fratribus certamen à Gepidarum Rege pulſus cum ſuis in Scythiam, ex qua fuerant egreſſi, redierat jam Martiano Romanis imperante. Sed poſtea A. C. 744. Hunni iſti, qui in Pannonia manſerant; ê Scythia gentiles ſuos evocarunt, qui ſecundo in Pannoniam egreſſi Tranſilvaniam occuparunt. Et hæc eſt altera Hunnorum Dynaſtia ſub ducibus. *Sigebertus. Jornandes de rebus Goth.*

LX. Sed *Pipinus*, Carolomanno monaſticã vitam amplexo, Franciæ regnũ affectare cœpit. *Zacharias* igitur pontifex, ut adverſus *Longobardos* & *Imperatorem* ſibi vires compararet, *Childericum* Franciæ regem legitimum regno exui, & Pipinum inungi juſſit. Interim *Aiſtulphus*, tum Longobardorum rex, expugnatâ Ravennâ, etiam cæte-

cætera Exarchat⁹ oppida & Pentapolin in ſuam redegit poteſtatem, adeoque hunc à Narſete olim inſtitutum Exarchatum plane delevit. Quum verò ſucceſſu elatus etiam Romanis extrema omnia minitaretur, niſi ſe ſuaqve dedant, *Stephanus III.* papa *Pipinum* excitavit, qui Alpes transgreſſus Aiſtulpho Exarchatum & Pentapolin bello extorſit, eumque altera etiam vice compeſcuit. *Conſtantinus V.* igitur miſſis ad Pipinum muneribus: inter quæ & *Organum muſicum*, in Occidente ante id tempus non conſpectum, fuiſſe ſcribitur, amicitiam ejus & Exarchatus reſtitutionem fruſtrà petiit. Pipinus Senatum, quem *Parlamentum* vulgò vocant, Pariſiis primò inſtituiſſe ſcribitur & *Stephanus III.* omnium Pontificum primus tabulas ſuas plumbo obſignaſſe. *Adelmus. Sigebertus. Anaſtaſius in Zach. & in Steph. 3. Region. lib. 2.* Paulus *Æmilius Hiſt. l. 2. Eginhardus in vita Caroli. M. Marianus Scotus l 1.*

LXXX.

LXXX. Pipino in Galliâ ſucceſſit *Carolus* filius, à rebus geſtis *Magnus* appellatus in quo III. *Francorum Dynaſtia*, quæ *Carolidarum* eſt, initium ſumit. Hic per XXXIII. annos cum Saxonibus bellum gerens, eos tandem domuit; ac interea alia etiam magna confecit. Minorem Britanniam cepit. Saracenos in Hiſpania, Hunnos, Normannos &c: vicit. Longobardos debellavit, eorumque regem *Deſiderium*, ad deditionem compulſum, in Galliam miſit, adeoque *Longobardicum regnum* delevit, cûm ab Alboini in Italiam adventu ſtetiſſet annos 205. Univerſâ quoqve Italiâ, demtâ Neapoli, cæterisqve, qvæ Siciliam ſpectât, potitus Carolus, coactaque Romæ Synodo, Patricius creatus eſt, ac lege cautum, nequis niſi à Carolo laudatus, probatusque accipiat Epiſcopatum. *Regino lib. 2. Eginhard in vita Caroli Magni. Annales Franc. Anno 750. & ſeq. Martianus*

*Scotus lib. 2. & 3. Sigebert, Gembl. Anaſtaſius in Leone 3.*

LXXX. *Leo IV. Porphyrogennetus* cognomento dictus, parenti defuncto ſucceſsit A. C. 775. In reprimendo imaginum cultu patrem avumq; imitatus eſt. Anno Imperii ſexto moriens impuberem filium reliquit ſucceſſorem. *Zonar. tom. 3. Paul. Diac. l. 23. Cederen.*

XC. *Irene* Auguſta, cum filio *Conſtantino VI.* prout teſtamento Leonis cautum erat, Imperium adepta A. C. 780. imaginum cultum reduxit, in quem finem *Nicaæ Synodum* coëgit, quam *Oecumenicam ſeptimam* appellari voluit; Cæterum inſidias à defuncti Imperatoris fratribus experta, â filio poteſtate exuitur: Sed brevi reſtituta ut ſola imperaret, filium excœcavit. Tandem & ipſa à *Nicephoro* relegata in Lesbo inſula mœrore contabuit. *Zonar. Tom. 3. Cedren. Regino l. 2. Paulus Diaconus lib. 23. Acta Synodi 7.*

C. *Carolus Magnus* cum jam præcipua

cipua Occidentis Imperii, regna & provincias vel hereditate, vel bello obtineret, adeoque re ipſa eſſet Imperator, nomen quoque & titulum à Pontifice, acclamante populo R. ſibi publicè collatum admiſit An. C. 800. Ipſo jubente *Francofurti* habita eſt *Synodus* CCC. Epiſcoporum, quæ alteri Nicænæ oppoſita, imaginum venerationem tanquam impiam, ac divinis legibus contrariam rejecit. Chriſtum etiam ſecundum carnem dicendum, non adoptivum, ſed verum DEI Filium decrevit. *Annales Fuldenſ.*

*Quarta Anglorum dynaſtia* ſub *Egeberto* incepit, anno hujus ſeculi ultimo: qui propoſito edicto ſanxit, ut, omiſſo *Saxonum* & *Britannorum* nomine, univerſa gens *Anglica* appellaretur. Prima autem dynaſtia fuerat *Britannorum*; ſecunda *Romanorum* tempore Julii Cæſaris. Tertia *Anglo-Saxonum* à tempore Theodoſii Junioris. *Polydorus l. 4. & 5.*

## SECULO IX.
# *Intra annum.*

X. *Polonorum dynaſtia* V. quæ in *Piaſto* ruſtico initium ſumſit, in hæc tempora incidit. Prima olim fuerat *Lechidarum*: Secunda *Cechidarum*: Tertia *Przemislai*: & quarta *Leſcidarum*. *Cromerus Hiſt. Polon. libr.* 2.

XX. *Ludovicus Pius*, è Caroli M. filiis ſolus ſuperſtes, auguſtæ dignitatis hæreditatem adiit A. C. 814. Ex liberalitate in ſacros ordines *Pius* cognominatus eſt. Poſt *Hermengardis* obitum, ex qua *Lotharium*, *Pipinum*, & *Ludovicum* filios jam habebat, *Juditham*, à Welpho Suevo genitam, duxit, quæ ei *Carolum Calvum* peperit. Quum verò in hunc nimis videretur propenſus Ludovicus, cæteri filii adverſus eum conſpirant. Pipinus patrem comprehendit, & Juditham cœnobio includit. Sed Imperator altero ſtatim año Imperium recipit, Germanorum ope.

Ve-

Verum iterum rebellant filii, patremque cogunt ſe abdicare imperio, Reſtitutus tamen eſt. Majorem poſteritas hunc diceret Regem, *ſi tam felix fuiſſet pater, quam Pius Princeps.* Pipino defuncto inter reliquos filios regna ita diviſit Ludovicus, qvi curis confectus obiit año Imperii XXIIX. *Aimoin. l.4.c.120.&c: & l. 5. in vita Ludovici. Annales rerum geſtar. Ludov. Annal. Fuld. ab anno 814. Sigeb. Gembl. Marian. Scot. l.3. Paul. Æmil. l.3.*

XXX. Floruit hoc tempore *Rabanus* ex abbate Fuldenſi Epiſcōpus Moguntinus. Ejus diſcipulus fuit *Strabus*, qui poſtea ex Patribus collegit notas in ſacrum codicem, quæ *gloſſa ordinaria* vulgo adpellantur. *Sigebertus.*

L. *Lotharius I.* acceptum ex diviſione imperium adminiſtrare cœpit A.C.841. Sed cùm Ludovicus Germaniæ rex ſua portione nequaquam eſſet contentus, Lotharius quoq; fratribus ſuis dominari cuperet, funeſtum inter

illos exarſit bellum, quo Imperii Francici conciderunt opes. A. C. 842. lis iſta inter fratres ita compoſita eſt, Imperiiqve Francici facta divisio, ut *Carolus* obtineret Franciam, quæ continetur Pyrenæo ſaltu, Arari, Rhodano, Scalde, Moſa & Oceano Britannico. *Ludovicus* Germaniam cum utraque Pannonia: & *Lotharius*, qui natu maximus, Lotharingiam, provinciam Narbonenſem & Italiam cum imperii dignitate. Is demum Ludovico filio dedit cum dignitate Imperatoria regnum Longobardicum & Provinciam Narbonenſem: reliquam v. Galliæ partem, quam poſſidebat, altero ſuo filio Lothario tradidit, & cœnobium Prumienſe ingreſſus eo ipſo anno febri extingvitur, anno imperii XV. Ipſo imperante & Vetus & Nova Roma fœminarũ dominationi ſubjectæ fuere. In Veteri Leoni IV. ſubſtitutum *Johannem*, nomine IIX. ſpecie Papã, re autem fœminam & ſcortum,

in

in ſolenni proceſſione fœtum enixam, narrant *Radulphus, Marianꝰ, Scotus, Sigebertus Gemblacenſis, Gotfridus Viterbienſis, martinus Polonus. Platina* & multi alii. Conſtātinopoli v. Theodora Imperatoris Theophili vidua, pro Michaele adhuc puero dominata eſt. *Aimoin. l 5. c, 19. 20. Annal. Fuld. Chron. Lauriſt. Marian. Scot. l. 2. Regino l, 2. Sigeb. Gembl. Zonar. Tom. 3, Georg. Cedrenus. Paulus Æmilius l. 3.*

LX. *Ludovicus* II. Lotharii filius, imperium adminiſtrare cœpit A. C. 855. Sclavos devictos ad Chriſtianam fidem perduxit: eisq́ue ſacra in ſua lingva celebrāda poſtulantibus papa conceſſit. Saracenos Campaniam populantes repreſſit: Adelgiſum Beneventanum Ducem ditione exuit, deceſſit prolis expers, anno imperii XX. *Regino l. 2. Annal. Fuld. Sigeb. Marian. Scotus l 3. Aimoin. l. 5. c. 24, 28, 30.* *Nicolaum* tum temporis Pontificem Romanum *Uldaricus Epiſcopus Auguſtanus* de concubinis arguit.

LXX. Hac tempeſtate in cauſa *Photii* habita eſt *Conſtantinopolitana Synodus quarta*, *œcumenicam octavam* appellari volunt; Eadem ſynodo etiam imaginum cultus, quem *Bardas* ſuſtulerat, denuò confirmatus eſt. *Chemnitius in examine de Imagin. Sigon. libr.* 5. A Johanne VIII. tum Pontifice Romano (Johannem VIII. omittunt Pontificii) ad Leonem usque IX. per annos 150. *apotacticos* & *apoſtaticos* potius fuiſſe pontifices, quàm Apoſtolicos teſtatur Genebrardus Romanæ ſedi addictiſſimus ſcriptor libr. 4. Chronographiæ ſub initium ſeculi X. Monſtroſos, turpiſſimos, & usqve quaque fœdiſſimos adpellat *Baronius* Anno 897. n. 4. Videantur de hisce *Platina* & *Luitprandus* lib. 2. & 3.

LXX. *Daniæ regnum* perantiquum & ante Chriſti nati tempora floruiſſe perhibetur. Sed certa temporum ſeries, quando quisque vixerit, ex veris & indubita-

bitatis monumentis hactenus prodita non eſt: Ea demum in *Ivaro*, qui hoc tempore vixiſſe ſcribitur, incipit. *Saxo Grammaticus*.

LXXX. *Carolus II.* cognomento *Calvus*, Magni nepos, defuncto in Italiâ Ludovico II. Romam ingreſſus diadema accepit A.C. 876 Cùm *Ludovicus* Germaniæ Rex, cui debebatur imperium, interim totâ pænè Galliâ potiretur. Sed deprecantibus Francis, ultrò abſceſſit, & paulò pòſt morbo extinctus eſt. Calvus Judæi cujusdã medicaſtri fraude interiit anno imperii ſecundo. *Annal. Fuld. Regino l.c. Marian. l.3. Sigebertus Aimoini continuator l.5.c.35.*

LXXX. Deinde *Ludovicus III.* cognomento *Balbus*, Calvi filius, â Johanne IIX. Pontifice Româ profugo, in Gallia coronatus, Auguſtusq; adpellatus eſt. Sed altero inde anno deceſſit. *Paul. Æmilius l. 3. Aimoin. l.5. Regino l.2.*

LXXX. *Carolus III.* cognomento *Craſſus* filiorum Ludovici

Germanici natu minimus, à Pon[ti]fice Romano diadema accepit. An. C. 880. Cùm verò corpore pariter ac animo inciperet languere, atque etiam inter alia ignominioſam cum Normannis iniiſſet pacem conceſsâ illis ea Galliæ parte, quæ hodie Normandia appellatur: Iram accendit Germanorum, qui Arnulphum ex Carinthia accerſitum Francofurti regem appellârunt, fruſtra obnitente Carolo, qui imperio exutus, eo neceſſitatis adactus eſt, ut ſtipem flagitaret. In ignobili quodam Sueviæ pago vivendi finem fecit, acto imperii ferè novennio. *Regino l. 2. Aimoin. libr. 5. Annales. Fuld. Chron. Laurishamens.*

LXXX. *Ruſſi* hoc tempore ad Chriſtianam fidem perducti ſunt inducente & pelliciente eos Baſilio Orientis Imperatore. *Cedrenus.*

CX. *Arnulphus*, Carolomanni Germanici nothus, Caroli M. abne-

abnepos à Germaniæ optimatibus patruo ſuo ſuffectus An. C. 888. contra *Guidonem* in Italiam movit; & deinde alterâ etiam vice adverſus *Lambertum* Guidonis filium, quâ in expeditione Romam occaſione lepuſculi, poſt Gothos, primus vi cepit. Sed Agiltrudis Guidonis uxoris fraude venenum accepit, ex quo languens in Germaniam reverſus obiit anno poſt partum imperium XII. Romæ *Formoſus*, Sergio ab altari, ubi erat conſecrandus, remoto, Pontificatum per ſchiſma obtinuit. Hujus decreta quum *Johannes IX.* poſtea tueretur, tantas concitavit turbas, ut parum abeſſet à cruento conflictu. In Synodo Ravennæ habita decretum, *Stephani VI.* ſententiam in defunctum Formoſum impiam eſſe, & nullo loco habendam, atque acta Formoſi reſtituenda. *Ita Pontificum decreta infirmarunt & irrita fecerunt ipſi Pontifices, adeoq; hoc ipſo planum fecerunt,*

*Pontifices indefiniendo & decernendo erroribus eſſe obnoxios.* Arnulpho imperante *Hungarorum* nomen primum auditum eſt. *Annal. Fuld. Reg.2. Luitprand.l.1.& 3. Platina. Regino. Sigebertus.*

C. *Ludovicus IV.* Arnulphi filius à Germaniæ Principibus jam duodecimus, Imperator deſignatus eſt A.C. 900. *Hattone* Moguntino & *Ottone* Saxonum Duce præcipuam Reip. curam gerentibus. Hac tempeſtate *Hungari* Pannonia egreſſi, Italiam afflixerunt, & per Germaniam prædas egerunt. Ipſe Imperator prælio victus, tributum eis pendere coactus eſt. Anno imperii XII morbo interiit, ex Carolinis in Germania poſtremus. Contra Ludovicum à pontifice in Italia Imperator fuerat coronatus *Ludovicus Boſonis* filius, quem *Berengarius* irruptione Veronæ oppreſſum regno pariter & oculis privavit. *Berengarius* deinde à Pontifice Imperator crea-

creatus eſt. *Maria. Sco. lib. 3. Luitprandus l. 2. c. 7. Sigebert. Lamb. Schafnaburg. Hermannus Contractus anno 903. Gotf. Vitub. Siffridus l. 1. continuator Regionis.*

## Seculo X.

## *Intra annum.*

X. Quot circa hæc tempora exſtitére pontifices, tot fuere hominum monſtra. *Theodora*, Adalberti Marchionis Tuſciæ ſcortũ, iſto tempore Romæ dominabatur, quæ filiam ſuam *Maroziam* Pontifici Sergio in concubinam tradidit, ex quibus, teſte *Luitprando*, natus eſt *Johannes XI.* Papa flagitioſisſimus. Etenim *Theodora* illa, fœmina nobilis Romana, ſe & filias ſuas pontificibus & Tuſciæ marchionibus proſtituens, tantam adepta erat potentiam, ut ipſa filiaque pro arbitrio creatos pontifices dimoverent, ac nefarios homines, illis pulſis, intruderent: quod ipſum fateri cogitur Cardinalis *Baronius* anno 908.

n.4,6. *anno* 912. n. 8. *anno* 922. nu.2. 923. n.2. 931. n.1. 933. n.5. *Luitprandus l,2. cap.12, Sigon. l 6. ad an. 912. 15.*

XX. *Conradus I.* Franconiæ Dux, quum *Otto* Brunſvicenſis, jam ſenio gravis, oblatum abnueret imperium, ad ejus commendationem à Germaniæ proceribus Imperator ſalutatus eſt. An. C. 912. Regnavit ille absqve benedictione pontificia, qvam recuſaſſe fertur. Factionem adverſam, quæ *Carolum Simplicem* Galliæ regem ad Imperium evocarat oppreſſit; ſed interea *Hungari* Germaniã afflixerunt. Ab *Henrico* Saxonum duce tanta clade victus, ut proverbio jactarent Saxones; *ubi infernus, qui tantam cæſorum capiat multitudinem?* Conradus tamen virtute Henrici permotus, anno imperii octavo moriens, non fratrem; Sed hunc ſuum æmulum Germaniæ proceribus comendavit. *Sigebert. Gembl. Schafnaburg. Urſperg. in Chron. Marian. Scotus. Luitprand. l. 2. Siffrid. 1. Contin. Regin. Trithemius*

*themius in Chron. Witichindus l.1. Annal. Dynaſtia Saxonum.*

XXX. *Henricus I. Auceps*, de Saxonum gente primus ad Imperii dignitatem evectus eſt A. C. 920. *Arnulphum* Bavariæ Ducem, qui Auguſtam dignitatem armis ſibi conabatur aſſerere, prudenti oratione, inter acies utrinqve conſtitutas, ad obſeqvium revocavit. Nobiles pariter & agricolas Germanos in armis exercuit & ad bellum præparavit: Venedos domuit. *Marchiones, Brandenburgicum Miſnicum* & *Schlesvicenſem* inſtituit. *Hungaris* tributum negavit, eosq; Germaniam populantes ad internecionem delevit. Obiit imperio functus anno XVII. *Siffrid. l.1. Luitprand. l.1.3.4. Witechind. l.1. Otto Friſ. l.6. Dithmarus lib.1. Sigeb. Gembl. continuator Reginonis. Marian. Scotus l.3. Herm. Contr. Schafn. Alb. Crantz. Coſmus Pragenſis.1.*

XXX. *Luitprandus* hac tempeſtate vivens, ſuæ ætatis hiſtoriam memoriæ prodidit.

XL.

XI. *Otto I. Magnus*, Henrici filius, patri imperio ſucceſſit A.C. 936. *Principes æmulos* oppreſſit; fratri tamen *Henrico*, qui imperatoriâ geniturâ confiſus multa fuerat molitus ſupplici pepercit, eique Bavariam donavit. *Ludolphum* filium, quem ſucceſſorem imperii deſignaverat, qvum eundem inſidiatorem expertꝰ eſſet, bello perſecutus, ad veniam petendam coegit. *Berengarium* in Italia compeſcuit, iterumq; rebellẽ unà cum uxore in Germaniam traductum, Bambergæ ad perpetuos carceres damnavit. A Johãne XII. Auguſtalia accepit inſignia, & jurejurando obſtrinxit Romanos: *Ne unquam alium admitterent Imperatorem, quam qui à Germaniæ Proceribus eſſet electus, neq; alium crearent* Pontificem, *quam qui Imperatori fuiſſet probatus. Venedos* repreſſit, *Græcis* Apuliam & Calabriam ademit. *Bohemos* ad officium redire coegit. *Haraldum* Daniæ regem, qui Chriſtianam religionẽ tum

tum amplexus, domuit. *Ludovicum Tranſmarinum* Galliæ regem adverſus *Hugonem* defendit, regnoque reſtituit. Imperavit annos XXXVII. *Luitprand.l.4,5,6. Witichind.l.1. & 3. Lamb.Schafn. Otto Friſing.l.6. Sigibert.1. Gembl. continuator Reginonis. Ditm.l.2. Herm. Contractus Gotfr. Viterbenſ. Chron.part.l.7. Crantzius l.4.c.24.*

LX. *Papa Johannes XII.* propudium hominis, imò opprobrium generis humani & diaboli mancipium, ut Trithemius eum appellat, pontificatum, quod Baronius An. 955. etiam oſtendit, invaſit. Sed ab adoleſcentia omnibus probris cõtaminatus in adulterio à diabolo percuſſ9 interiit. *Luitprand.lib.6.c.6. Witichind.3. Annal.Sigebert. Platina.*

LXXX. *Otto II.* Magni filius, patre defuncto plenam adiit imperii adminiſtrationem An. 973. Uxorem habuit *Theophaniam* Nicephori Imperatoris Conſtantinopolitani privignam, cum qua

in

in dotem accepit, quicquid Græci in Italia tenebant. *Henricum Bavarum* patruelem, imperium ſibi vendicantem, oppugnavit, proſcripſit, & exilio multavit: Haraldum Daniæ Regem, qui adhæſerat Bavaro, terruit. *Lotharium* Galliæ regem feliciter repreſſit. Bello in *Græcos* & *Saracenos* ſuſceptô rem initio proſpere geſſit; unde *pallidá mors Saracenorum* dictus eſt. Sed deinde Italorum proditione victus & captus, beneficio linguæ Græcæ, quam callebat, evaſit. Quòd à Beneventanis initium fugæ factum, eorum urbem direptam cremavit: & de perfidis Italiæ proceribus, convivio exceptis, ſupplicium ſumſit: Unde ſangvinarium eum appellarunt Itali. Tandem mœrore aut potius vulnere, qvod cum Saracenis iterum mari confligens acceperat, anno imperii XI. Romæ mortuus eſt ſepultusque in atrio. Sepulchrum ejus poſtea dejectum eſt, & factum cloaca men-

mendicorum. *Otto Friſing. l. 6. Sigebert. Gembl. Dithmar. l. 3. Chron. Laurisham. Lamb. Schafn.*

XC. *Otto III.* Magni nepos, puer x. annorum, *Infans* & *Mirabilia mundi* dictus, patri defuncto ſucceſſit, A.C. 994. Hic *Electores* principes inſtituiſſe primus vulgò male putatur, Neque Poloniæ regem, quod quidam falsò exiſtimant, creavit. Conſulem *Creſcentium* Romæ dominium ſibi vendicantem primò exterruit; & deinde ad ingenium reverſum, ac traditum, aſino, averſâ facie, impoſitum, cum aliis rebellibus ſuſpendio affecit. *Jus Imperatorem eligendi penes ſolos Germanos eſſe decrevit.* Creſcentii vidua regnandi avida Ottonem illecebris pellexerat; ſed quum ſe ſperni intelligeret, ad Ottonem jam proficiſcentem venenatas chirothecas pro amatorio munere miſit, quâ ille peſte infectus in ipſo ætatis flore interiit año imperii xix, *Chron. Lauriſham. Dithm. l. 4. Trithem. in Chr. Hirſ*

XC.

XC. In *Gallia* Lothario Regi, ſucceſſerat filius *Ludovicus*, quo intra biennium â conjuge *Blancha* veneno ſublato, *Carolus* patruus ejus ſuccedere voluit: Sed *Hugo Capetus* ex Witikindi ſtirpe ortus, eum acie ſuperatum & captum in perpetuâ habuit cuſtodiâ, regnumque occupavit; quod ejus poſteri ultra ſexcentos annos ad hodierna usque tempora obtinent. Interim tamen *Otto*, Caroli dejecti filius, Lotharingiam poſſedit. *P. Æmil. l.4. Aimoin. ſuppl. lib.5. c. 44.*

C. *Hunni*, poſtea *Hungari* dicti, è Scythia in Pannoniam progreſſi innotuerant circa annum Chriſti 380. Rex inter cæteros *Attila* clarus, terror gentium, tempore Theodoſii junioris ſedem regni fixerat in urbe *Sicambria*, quæ *Buda* eſt. Ejus deinde filii de regno digladiantes eodem exuti ſunt. Tandem circa annum Chriſti 740. noxam ſub ſeptem ducibꝰ dynaſtiam condiderunt;

quæ

quæ ad illud usque tempus ſtetit, quo *Geiſſa* vel Geizo Hungarorum dux, Chriſtianam fidem amplexus. Ejus filius *Stephanus* poſtea primus Hungariæ rex factus eſt, circa añum Chriſti 1000. Sunt, qui fabulantur, *Stephanum* hunc à Papa Romano Regem fuiſſe creatum. Verùm *Henricus II.* Imperator, datâ ei in matrimonium ſorore *Giſalâ*, hunc *Geizonis* filium ad Chriſtianam perduxit fidem, eumque in baptiſmo *Stephanum* adpellatum nuncupavit Regem. *Aventin.l.5.p.512.*

SECULO XI.

## *Intra annum.*

**X.** *Henricus II.* Bojoariæ Dux ob continentiam *Sanctus*, & à pedis vitio *Claudus* cognominatus, extortis ab Heriberto Colonenſium præſule inſignibus, æmulisque ſuis eluſis, conſecratus eſt à *Willegiſo* Moguntino An. C. 1002. *Ekhardum* Saxoniæ & Henricum Auſtriæ Marchiones, æmulos & rebel-

rebelles repreſſit. *Arduinum* Marchionem, qui ſe in Italia regem ſecerat, vicit, & omni poteſtate exuit. Bohemos, & Boleslaum Poloniæ Ducem cum omni Slavorum gente ſubegit, perſecutos ad officium redire coegit. *Apuliam* & *Calabriam*, pulſis inde Græcis, & Saracenis, recuperavit, eamque Italiæ oram Normannis, qvorum in hoc bello fidelem expertus erat operam, conceſſit. Obiit Henricus anno imperii XXIII. quum Henricum Franconiæ Ducem legiſſet Succeſſorem. Deinceps in Sanctorum numerum eſt relatus. *Otto Friſingenſis l. 6. Dithm. lib. 6. & 7. Sigebert. Chron. Huldr. Mutius Chron. German. lib* 14. *Cnron. Laurisham. Marianus Scotus. Herm. Contractus.*

XX. Hoc tempore *dynaſtia* III. *Regum Aſturiarum & Legionis* incipit in *Ferdinando I.* qui ducta *Sanctia* Alfonſi filia, Aſturiarum, Legionis & Caſtellæ regna conjunxit. *Marian. de reb. Hiſpan.*

XX.

XX. *Quintam in Anglia dynaſtiam habuere Dani.* *Canutus II* Daniæ Rex, pulſo Eduarto, Angliæ regnum obtinuit. Indeqve ſub qvatuor Regibus Danis, ordine ſibi ſuccedentibus, manſit. *Polyd. l. 7. Matth. Monaſt. in Hiſtor. Angl. Saxo Grammat. l. 10.*

XXX. *Conradus II.* cognomento *Saliquus*, ex commendatione Henrici à Germaniæ proceribus Imperator creatus eſt. A.C. 1024. Princeps animi conſtantis & imperterriti. Italiam ingreſſus motus ibidem ortos compoſuit. *Burgundiæ regnum* à Rudolpho, legatum Henrico filio ſuo, ac deinde etiam bello partum, imperio adjecit. *Stephanum* Hungariæ regem, qui Bavariam ſibi vendicabat, debellavit, & ſeditiones in Italia extinxit Boleslaus Polonorum Dux regia inſignia & nomen ſumſerat imperio rebellis: ſed paullò poſt diem obiit ſupremum. Ejus filium Miſconé itidem rebellem Conradus Imperator provinciâ eje-

ejecit; ac demum ſupplicem factum in tertiam Poloniæ partem reſtituit, cui Ducis nomine præeſſet, tributumque juſſit pendere. Deceſſit anno imperii XV. Ejus ætate Alberici Tuſculani Comitis filius, puer undecim annorum, factus eſt Pontifex Rom. dictusque *Benedictus* IX. Sedit hic An. 12. Is deinde aliquoties ſede pulſus, eandem ſubinde recuperavit. Teſtibus *Boronio* An. 1033. n. 3. 5. *Onuphrio ad Platinam. Leone Oſtienſi in Chronicon. Caſſinenſi l. 2. c. 80. Herm. Contracto. Friſingenſi lib. 6. &c. Godofr. Viterb. part. 17. Wippo de vita Conradi Salici. Sigebert. Gembl. Huld. Mutius l. 14. Albertus Stadenſis.*

XL. *Henricus* III. à crinium colore *Niger* dictus, Conrado patri ſucceſſit A. C. 1039. *Petrum Hungariæ Regem*, à ſubditis regno pulſum, reſtituit; & *Pannoniam* fecit imperii feudum. Bretislaum Bohemum, ad regium nomen deponendum coegit per Leopoldum Auſtriacum. In *Burgundiæ*

regnum

regnum, quod obtinuit, magnificum exercuit imperium. *Udalrico* Bohemo bellum intulit, & ab ejus injuria Poloniam vindicavit. Contra *Cazmarum* Polonorum Ducem expeditionem paravit: ſed gravi morbo impeditus ei petenti veniam dedit.

*Ferdinandum I. Caſtellæ* Regem acriter perſtrinxit; quod Imperatoris Hiſpanorum nomen ſumſiſſet. Flagitioſis *Pontificibus* remotis meliores ſubſtituit. Nunqvam regalia ſumſit inſignia; niſi prius duriſſimis verberibus à presbytero, qui illi à confeſſiōibus erat, eſſet afflictus: & manibus ſuis 33. argenti libras in pauperes expendiſſet. Obiit anno Imperii XVIII, relicto filiolo Henrico *Lambert. Schafn. de reb. Germ. Herm. Contract. in Chron. Otto Friſing. l. 6. Baronius ex Reginardo Marian. Hiſt. Hiſp. l. 9. c. 9.*

LX. *Henricus IV.* Nigri filius, qvatuor annorum puer, jubente patre, diademate exornatus eſt, cui defuncto ſucceſſit puer ſexennis

An. C. 1056. Imperio inter varios fortunæ ictus præfuit per annos fermè L. Papam ipſe conſtituit *Nicolaum II.* qui ſanxit pontificem eligendum, non niſi ſalvo honore Imperatori debito. Poſtea *Gregorius VII.* aliàs *Hildebrandus* dictus, inconſulto Cæſare electus cùm ſe Cæſaris arbitriò ſubjiceret, ab eodem confirmatus eſt. Hic prim⁹ *orbis totius caput ſe eſſe, ac habere poteſtatem conſtituendi & abrogandi imperatores decernit. Benno* Cardinalis in ejus vita tradit, *Hildebrandum iſtum fuiſſe homicidam, adulterū necromanticum, ſchiſmaticum, hæreticum, omniumq; mortalium peſſimum.* Cæterùm Henricus Venedos Luſatos rebelles domuit; A Saxonibus verò, quos per militum licentiam offendiſſet & adverſum ſe concitaſſet, apud Papam *Gregorium* accuſatus, & ab eo anathemate notatus eſt. Sed cum eidem Canuſii factus eſſet ſupplex & duriter habitus; quippe regio cultu depoſito intra ſecundum murorū ambitum,

bitum, ſine calceis, ſæviente hyeme, jejunus triduum uſqve ad veſperam reſponſum pontificis expectavit. Tandem *nudis pedibus, forfices & ſcopas in manu gerens admittitur & duriſſimis conditionibus abſolvitur*. At Pontifex nihilominus Germaniæ Principes de alio Rege ſibi proſpicere juſſit: miſitqve *Rudolpho Suevo* coronam cum inſcriptione: *Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho*. Unde ingentia orta ſunt certamina; donec Rudolphus aliquot præliis fractus, jam quartùm prælio pugnans dextrã cum vita amitteret; perfidiamq; ſuam ſerò nimis agnoſceret. Extincto hoc æmulo Imperator in Italiam movit. Romam per cuſtodum negligentiam cepit; aliumqve ibidem conſtituit Papam *Clementem III*. Gregorius verò, in Adriani mole obſeſſus, ſubornat hominem, qui Cæſari in templo oraturo ſaxum deſuper immitteret. Sed ſicarius dum intempeſtivè ſaxum movet ipſe cum eo præ

ceps fertur. In Germaniam reverſus Imperator ortos ibidem novos motus repreſſit. Deinde Alpes denuo transgreſſus, *Urbanum* Papam vehementer affligit. Sed hic *Conradum* eius filium, quē Italiæ adminiſtrationi præfecerat, ad rebellandum patri operâ *Mathildis* induxit. Quem cùm præceps mors ſuſtuliſſet, papa *Paſchalis* alterum filium Henricum adverſus patrem concitat, â quo Cæſar imperio & inſignibus ſceleratè exutus, Leodii, quo confugerat, ex animi mœrore obiit, quinque annis à papa ſepultura prohibitus. Paſchalis iſte II. diadema capiti ſuo impoſuit, & purpurâ amictus, aureaq; fuit cinctꝰ Zona, rex qua XII. claves, & VII. ſigilla pendebant, poteſtatis ſigna.
*Lambert. Schafn. Herm. Contr. Platina. Otto Friſing. l. 6. & l. 1. de geſtis Frider. Sigeb. Gembl. Aimoin. Continuat. Benno Card. Waldramus in apol. Henrici IV. Bruno in Hiſt. belli Sax. Aut. hiſt. de vita Henr. IV. Wilh. Tyrius l. 9. Helmold. l. 1. Marian. Scot.*

LXX.

LXX. *Guihelmus Conquæſtor* Normanniæ dux, pulsò *Haraldo*, Angliæ regnum obtinuit, & *dynaſtiam VI.* quæ *Normannorum* eſt, exorſus eſt. *Polyd.l.8.&9.*A.1077. *Bolislaus Audax* Polonorum Dux, imperio Germanico obnoxius, nomen & inſignia regia uſurpare cœpit, Germaniâ domeſticis ſeditionibus interim laborante. Sed paulò poſt à ſubditis pulſus in Ungaria mortem ſibi conſcivit exul. Reliqui verò Duces, qui illum in adminiſtratione rerum ſecuti ſunt, regio nomine non ſunt uſi, uſqve ad Præmislaum. *Lambertus Schafn.*

XC. An. C.1086. In Principum conventu Moguntiæ *Vradislaus* Bohemorum, Sileſiorum, Moravorum, & Luſatorum Princeps ab Henrico IV. primus Bohemiæ rex declaratus eſt.

C. *Godofredus Bullionæus* maximis copiis adverſus Saracenos in Palæſtinam deductis, *Hieroſolymã* recepit & hoſtibus latè profligatis regnum ibidem conſtituit, anno

hujus ſeculi 99. qvod ſtetit annos 88. *Paul. Æmil. l. 4. Hiſt. Gall. W. lbel Tyrius l. 1. 2 3. 4. Chron. Hieroſol. l. 1, 2. 3. Urſperg. in Chron. Buling. l. 2. de conc. P. Juvius in elog. Bulion.*

SECULO XII.

## *Intra annum.*

X. *Henricus V.* patri ſuo nefanda impietate ademtum imperium in ſe tranſtulit A.C. 1106. Primùm eos, qui patrem defenderant, inſectatus eſt. In Italiam movit aſſerturus ſibi auctoritatem, per trecentos & amplius annos inde à Carolo M. uſurpatam Germanorum regibus, quâ *epiſcopatus & abbatias* per *virgam & annulum* conferebant, *inveſtituram* vulgò appellant. Verum *Paſchalis II.* papa laico ejusmodi poteſtatem conferri neutiqvam poſſe contendit. Sed Cæſar, occupatâ Româ, Pontificem ad officium coegit, adeò, ut porrecta Euchariſtia ei collationem Epiſcopatuum publicè roboraret, eumque coronaret.

Poſt-

Poſtea verò Papa vi extortam pactionem irritam habens, Henricum jam in Germaniā reverſum anathemate ferit. Cæſar igitur in Italiam regreſſus *Gelaſio*, tum novo papæ in Galliam profugo, aliū oppoſuit. Demum autem turbarum pertæſus Henricus jus illud inveſtituræ *Calixto II.* concesſit, per diploma manu ſua ſcriptum, aureoq; ſigillo obſignatū: quod hodieqve Romæ aſſervatur, quo res Cæſareæ diminutæ & Pontificiæ valdè auctæ ſunt. *Sigebert. Gembl. Godofr. Viterb. P. 17. Urſperg. Chron. Platina. Helm. lib. 1. 40. 41. Mar. Scotus Friſing l. 1. Sigebert. Contin.*

XXX. Quod Henrico nulla eſſet proles, à Saxonibus, jus imperii ad ſuam gentem retrahentibus, evectus eſt *Lotharius II.* A.C. 1125. qui *Conradum* æmulum per *Henricum Superbum*, Bojoariæ Ducem, ad obſequium traduxit. *Ottonem* Moraviæ Ducem in Bohemiam deductur9 clade afficitur. Ab *Innocentio* Papa poteſtatem con-

conferendi epiſcopatus Henrico *V.* ereptam fruſtra repetiit. *Italiam* ingreſſus Innocentii electionem approbávit, eumque reſtituit; à quo diademate ornatus in *Germaniam* rediit. Deinde *in Italiam* revocatus *Rogerium Siculum* Apulia ejecit, eamq; regionem *Reginaldo* commiſit. Sed dum per Tridentinos ſaltus in patriam reverti parat: ſub viliſſima caſa obiit anno imperii XIII. *Gotfr. Viterp. part. 17. Chron. Urſp. in Lothario. Sigeberti Cont. Vincent. Specul. hiſt. l. 18. Otto Friſing. l. 7 & de geſtis Firder. l. 1. Platina. Helm. l. 1.*

XL. *In Anglia* VII. dynaſtia cœpit in *Stephano Comite Bleſenſi Gallo.* Erat is defuncti Henrici ex ſorore nepos. Sed movit ei bellum *Mathildis* Henrici filia; quæ Stephanũ victum & captum ea conditione dimiſit ad regnum, ut ei defuncto ipſius Mathildis filius ſuccederet. *Polydorus ad finem l. 11. & 12.*

*Dynaſtia Suevorum.*

XL. *Conradus III.* Sueviæ Dux à Germaniæ principibus electus

eſt

eſt, A.C.1138 *Henricum Superbum* æmulum ſuum proſcripſit. Saxoniam *Alberto Urſo*, Marchioni Brandenburgico & Bavariam *Leopoldo Auſtriaco* donavit: unde ingens bellum in Germania conflatum eſt. Henrico ex rebus humanis ſublato *Guelfo. Superbi frater*, bellũ propagare ſtuduit ſed acie vict9 ac Winsbergæ incluſus, mulierũ arte ac fide elabitur, & Imperatori reconciliatur. Ea in obſidione inviſa *Guelforum* & *Gibellinorum* nomina orta ſunt hoſtibus Cæſaris ſe à duce ſuo *Guelfos*, & Cæſarianis à *Weiblinga* natali ejus ſolo, *Gibellinos* denominantibus. Deinde Cæſar cum *Ludovico Francorum rege in Palaſtinam* movit; ſed, propter Græcorum perfidiã, infeliciter. Poſt añum quartum inde reverſus, dum Italiæ motus, quos *Rogerius Siculus* excitarat, ſopire cogitat, obiit anno imperii XIV. *Innocentius* enim coactus fuerat *Rogerium*, qui Apuliam jam receperat, *Apuliæ, Calabriæ* & *Siciliæ Regem* cre-

are. Magnæ quoq; erant civitatũ & Principum contentiones *Helm. l.1.c.57. & Urſperg. in Conrado Gotfr. Viterb. Vincent. Spec. hiſt. lib. 18. Nauclerus Trith. Otto Friſing. l. 7. & l. 1. de geſt. Friderici c. 24. Nicetas l. 1. & 2.*

LX. *Fridericus I. Ænobarbus* & *Barbaroſſa* à barbarufa dictus, Sueviæ Dux, Conradi III. è fratre nepos, Aquisgrani Imperator ſalutatus eſt. A. C. 1152. Germaniâ quomodocunq; pacatâ, in Italiam profectus *Placentiam* & *Dertonam* cepit. *Mediolanenſium* ditiones vaſtavit. Romanorum inſolentiam caſtigavit. Romæ coronatus *Spoletum* evertit. Pontificis inſtinctu priorem conjugem ob cognationem dimiſit, duxitq; *Beatricem* Burgundi filiam, cum qua poſt ſoceri ſui obitum *Burgundiam* accepit, eamque Remp. ordinavit, *Bavariæ* Ducatum *Henrico Leoni* Saxoniæ Duci reſtituit *Hermannum Palatinum*, ob turbatam pacem publicam, ignominioſe multavit. *Boleslaum* Poloniæ Regem ad pacem petendam

vi ad-

vi adegit. *Wenceslaum Bohemiæ* Ducem creavit *Regem*. Qvum *Hadrianus* IV. Papa *Imperium Romanum Pontificum eſſe beneficium* & *feudum* contenderet, gravisſimarum exſtitit turbarũ auctor. Imperator enim cum valido exercitu iterum ingreditur Italiam. Papa ſibi metuens *beneficium* interpretatur *bonum factum*. Quod verò Imperator ab Epiſcopis, terrenas poſſesſiones tenentibus, homagium ſibi præſtari poſtularet, *Hadriani* papæ accendit iram, à quo Mediolanenſes concitati iterum rebellant; ſed Cæſar difficili obſidione urbem illam tandem cepit, ac funditùs evertit. Cives ac alii Longobardi, bonis & facultatibus cunctis exuti, *Ordinem Humiliatorũ* prodiderunt. Imperatore in Burgundiam regreſſo, Itali denuo conjurant. *Hadrianus* verò Papa dum fulmen in Fridericum meditatur, hauſtâ cum aqua muſcâ moritur. Ejus ſucceſſor *Alexander* III. anathematis fulmen exſecut⁹

eſt, & *Venetos* in Imperatorem concitavit; qui quartò venit in Italiam, Romã cepit, civesq; multavit, & fugato Alexandro, *Paſchalem* conſtituit Pontificem. Obortâ verò peſtilentiâ in Germaniã rediit. *Quintò* in Italiam movens *Alexandriam* nuper conditam obſedit; ſed cum ab *Henrico Leone* deſtitueretur, obſidionem ſolvit. Demum turbarum pertæſus Imperator pacem cum Alexandro iniit, à quo ſacrum ipſius Imperatoris collum ab iſto Papa Venetiis ad januas ædis D. Marci conculcatum, etiam contumeliosè dicente: *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis*: vulgò creditur, absque tamen Scriptorum illorum teſtimonio, qui ævo iſto vixerunt. Pacatâ demum Italiâ Fridericus filio ſuo *Henrico Conſtantiã Guilhelmi Siculorum regis* ſororem, in matrimoniũ dedit, per quod conjugium, *Sicilia & Apulia* ad imperium rediere. Poſtea in Aſiam proficiſcens Imperator *Saladinum* feli-

feliciter repreſſit, & Saracenos penitus exſtinxiſſet, ſi diutius fuiſſet ſuperſtes. Æſtu enim & labore defatigatus; dum fervidum corpus in *Saphar* ſeu *Cydno* flumine perfrigido lavat, in morbum prolapſus exſtingvitur, qvum imperaſſet annis 38. *Helmod. lib. 2. Otto Friſing. de geſtis. Frid. l. 2. Urſper. in Frid. Gunth. l. 2, 3, 5, 6. &c. Platina. Radu. de geſtis Friderici l. 1. & 2. Arnold. l. 2. 3. Sabell. l. 5. Nauclerus.*

LX. *Anglorum dynaſtia octava*, quæ fuit *Gallorum Andegavenſium*, hoc tempore incepit: Ex pactione cum Mathilde inita, *Stephanus Bleſenſis* Henricum Andegavenſem adoptárat, eique vita functus regnum reliqvit. Hic *Henricus* ob necatum Archiepiſcopum Cantuarienſem, jubente papa, virgis à monacho cæſus eſt. *Polyd. hiſt. l. 13. Matth. Paris in Henr. II.*

XC. *Henricus VI.* ob ſeveritatem *Aſper* dictus, Barbaroſſæ filius, patre in Syria defuncto, plenam adiit imperii adminiſtrationem

A.C.1190. Italiam ingreſſus à Cæleſtino III. diademate ornatur. Papa coronam, quam impoſuerat, pede elavato ei decuſſit, ſignificans *in ſua poteſtate eſſe dare imperium, idemq́; pro arbitrio auferre. Tuſculũ* conceſſit pontifici. Regnum *Neapolitanum* & *Siculum*, victo Tancredo, qui Rogerio Siculo ex pellice fuerat natus, recepit. Deinde ex *Conſtantia* Auguſta jam quinquagenaria filium ſuſcepit *Fridericum*, quem trieñem in conventu Principum Imperatorem eligi petiit, & impetravit, ſanxitq; ut ad evitandas diſſenſiones Imperator ex ſola ſangvinis fieret ſucceſſione. Regna ſua *Siciliæ*, *Apuliæ*, *Calabriæ*, *Principatum Capuæ* & *Spoleti*, aliaq́ve Imperio adjunxit. *Jordanum* Comitem, quod de invadendo Siciliæ regno cum Auguſta conſpiraſſet, corona candente clavis capite ejus affixâ interemit: & in cæteros Siculos rebelles ſevere animadvertit. Bellum quoque in *Palæſtina* per duces geſſit, quam bar-

barbari jam exceptis aliquot urbibus, fermè recuperárant. Año imperii IIX. contracta è largiore aqvæ potu febri, obiit. *Arnold Lub. Abbas l 4 Chron. Sclav. c. 1. & ſeqq Hiſt. Landg. Thur. c. 24 Otto de S. Blaſio c. 33. & ſeqq. Godfr Colon. Faſc. Temp. Math. Paris. Jacob. Vitr. l. 1. c. 99. & ſeq.*

C. *Philippus* II. Henrici VI. frater, nomine *Friderici*, Henrico geniti, qvem pater ſucceſſorem deſignaverat, imperium capeſſivit A. C. 1198. Contra hunc à Pontifice R. & alia parte Principum Imperator electus eſt *Otto*, Henrici Leonis filius, Saxoniæ Dux. *Philippus* Moguntinæ coronatus eſt; ac *Otto* à Colonienſi Epiſcopo Aquiſgrani. Ad Spiram à Philippo victus Otto in Saxoniam receſſit. Superior Germania à Philippo domita eſt: at Inferior adhæſit Ottoni. Pax demum his conditionibus facta: ut *Otto in matrimonium accipiat Beatricem Philippi filiam; & à titulo acre Imperii abſtineat, quoad Philippus vivat; cui defuncto ſtatim ſuccedat.*

*cedat.* Philippus iſte Anno principatus IX. ab *Ottone Witelsbachio Palatino* in conclavi nefariè vulneratus interiit. *Arnold. Lubec. lib. 6. & 7 Godefr. Colon. Otto de S. Blaſi c. 46. & Urſperg.*

SECULO XIII.

## *Intra annum.*

X. *Otto IV.* à 50. Principibus Francofurti elect⁹ eſt Imperator, A. C. 1208. In comitiis iſtis Henrici VI. lex *de hæreditaria ſucceſſione ad imperium* antiquata eſt. Italiam ingreſſus ab Iñocentio coronam accepit. Conſecratione peracta ſtatim lis orta eſt de *Marchionatu Anconæ*, quem, quaſi Mathildis ſedi Pontificiæ donaſſet, imperio ereptum, repetebat Otto. Qui ab *Innocentio* anathematis fulmine percuſſus in Germaniam rediit, actoqve Norimbergæ Principum conventu, cauſas diſſidii inter ſe & pontificem iis expoſuit. At Pontificis inſtinctu à quibusdam Principibus ad Imperium evocatur

catur *Fridericus* II. Henrici VI. filius, qui puer lectus fuerat Imperator. *Otto* verò *Ottocaro* Bohemo, quod cum *Hermanno Thuringo* de Friderico eligendo conſilia iniiſſet, regiam dignitatem abrogavit. Sed *à Philippo Francorum Rege*, qui cum Friderico faciebat, juxta *Tornacum* ad *Bovinum pontem* acie victus, à plerisque principibus deſeritur. In Saxoniam ſe recepit: ubi tandem curis confectus Otto obiit anno à morte Philippi decimo; cùm imperaſſet annis IV. *Otto de S. Blaſ. c. 50. & ſeq. Arnold. Lub. cap. 16. &c. Urſperger. in Otto. Matth. Paris.*

XX. *Fridericus II. Sueviæ Dux & Rex Siciliæ, Henrici filius, Ænobarbi nepos*, contra Ottonem Cæſar creatus eſt. A. C. 1212. Repreſſo æmulo Ottone, quinqvies à Pontificibus anathematis fulmine petitus, imperii majeſtatem ſtrenuè aſſeruit. Princeps ſapientia, fortitudine & felicitate nobiliſſimus. Mathildis Provincias Imperio vindi-

vindicavit. Crucigeris Boruſſiæ dominium decrevit. *Jolantam Johannis Brenni* filiam, regno Hieroſolymitano in dotem accepto, duxit, Hinc Siciliæ Reges regni Hieroſolymitani titulum habēt. Dum igitur in Palæſtinam movet Cæſar, ſocerum & Lombardicas civitates adverſus eum concitabat Papa, qui ipſum quoque Cæſarem Sultano prodere conatus eſt. Hic tamen verſutiam Pontificis deteſtatus, & Cæſaris virtute ac potentia motus, Hieroſolymam, S. crucem & alia Chriſtianis erepta, eidem reſtituit. Ex Palæſtina rediens, perfido ſuo ſocero victo, omnia recuperat, & pontifici pro abſolutione ingentem pecuniæ vim perſolvit. Sed Papa ei iterum infenſus. *Trithemius Urſpergenſis.*

XXX. *Henricum*, quem Fridericus, ex Conſtantia Arragonica genitum, Cæſarem creaverat, rebellem reddit Pontifex: verum á patre victus in vinculis interiit.

*Eazi-*

*Ezium, Heinſium*, ſeu *Henricum* Juniorem filium Sardiniæ Regem conſtituit Fridericus.

LX. *Ottonem Henrici Leonis nepotem*, appellavit *Ducem Brunovicenſem & Luneburgenſem.*

L. Poſt multas demum Imperatori ſtructas inſidias Papa cum Germanis egit, ut *Henricum Haſſiæ* & *Thuringiæ* Landgravium ſibi Regem præficerent; qui oblatum ab Epiſcopis imperium adeptus, paulò pòſt in obſidione Ulmæ ſagittâ confoſſus interiit. Quo ſublato, pontifex Cæſarem armavit *Guilhelmum Hollandiæ Comitem.* Verùm hic à *Conrado*, Friderici filio, victus & ad Friſios ſuos compulſus in glacie periit. *Godfrid. Colon. An* 1218. *& ſeq. Thom. Fazel. l.* 18 *de reb. Siculis Math. Paris. Annal. Suev. Platina Chron. Auguſt.*

LX. *Ferdinandus III. Caſtellæ & Legionis Rex* hoc tempore feliciſſimè contra *Mauros* pugnavit, eosque Caſtiliâ ejecit; & intra Bœticam compulit, *Marian. de reb. Hiſpan. l.* 12.

LX.

LX. *Fridericus* II. anno imperii 38 defunctus eſt;& cum eo priſca Cæſarum auctoritas, & Germanici Imperii decus concidit. Qua tempeſtate Præmislaus regiam in Poloniam dignitatem ſponte ſua ſumſit. *Conradus* Friderici filius in Italiam movit, &, fugato exercitu pontificio, Capuam & Neapolim receptas, mœnibus nudavit. Sed veneno, fraude *Manfredi* dato, interiit. Igitur *Manfredus* Friderico expellice natus Apuliam contra pontificias molitiones fortiter defendit, fictâque *Conradini* (is erat Conradi ex Eliſabetha Bavara filius) morte, rex fit Apuliæ. Sed Pontifex *Urbanus IV.* contra eum excitavit *Carolum Andegavenſem*, Ludovici IX. fratrem, eumqve populi Romani ſenatorem; & deinde Siciliæ & Apuliæ Regem creavit, modò pellat Manfredum, & quotannis ſolvat Pontifici 40. aureorum millia. Ab iſto victus, & proditione interemtus eſt Manfredus.

Inte-

Interea temporis erat quidem imperium ſine Cæſare, non tamen ſine procis.

LXX. *Conradinus*, *Friderici II. nepos*, *Conradi filius*, jam adultus, paternam repetiturus hereditatem à *Carolo Andegavenſi* vincitur, & è fugâ retractus, ex Clementis IV. ſententia, qua, *vita Conradini mors Caroli: mors Conradini, vita Caroli*, reſcripſerat, ſecuri percutitur; itineris & ſupplicii ſocio Friderico *Auſtriaco*. In his duobus capitibus *Cæſarum* ſimul *Suevorum* & *Auſtriacorum Principum* familia defecit. *Math. Pariſ. p. 786. & ſeqq. ejusq; Contin. Chron. Auguſt. Platina. Avent. l. 7. Albert. Stad. Cuſpin. Thomas Fazel. lib. 8. P. Æmyl. lib. 7. Pandulphus Collenutius.*

*Dynaſtia Auſtriacorum.*

LXXX. Cùm jam viginti annos imperium fluctuaſſet, multi Principes Germaniæ conveniebant Qvedlinburgi, & fœdus inibant, de ſe invicem non offendendo, & injurias communibus opibus repel-

repellendo. Gregorius X. ad Pontificatum evectus, præcipiebat Principibus Germaniæ, ut Imperatorem eligerent; niſi vellent ſibi aliquem à ſe præfici. Habito igitur Francofurti conventu, ex comendatione Werneri Epiſcopi Moguntini *Rudolphus Comes Habsburgicus* Imperator electꝰ eſt. A.C. 1273. Princeps laudatisſimus, hodiernæ domus Auſtriacæ parens & fundator. *Ottocarum Bohemiæ Regem*, Auſtriâ recuperatâ, quam ille occuparat, ad officium compulit: Iterumque rebellem vicit, & captum Auſtriacis dedit, à quibus ita exceptus eſt, ut biduo moreretur. Regnum tamen filio *Wenceslao*, cui filiam ſuam elocárat Cæſar, concesſit. XIV. conflictibus ſuperior exiſtens *Victorioſi* cognomen ſortitus eſt. Italiam nunquam eſt ingreſſus. Monentibus regeſſit apologum de vulpe, qui adire nolebat ægrotantem in ſpelunca leonem: *Veſtigia*, inquiens, *me terrent*,

*ferrent*. Vicarium tamen Imperii in Italiam miſit. Pontifici Nicolao 3. *Romandiolam* in Imperii detrimentum donaſſe, multisque civitatibus plenam vendidiſſe libertatem ſcribitur. *Provinciam* Galliæ partem, ſeu *regnum Arelatenſe* Carolo Andegavenſi Siciliæ Regi, conceſsit; ſed jure fiduciario Quod regnum Philippus Pulcher Galliæ Rex poſtea obtinuit. Bohemiæ Regibus permiſit *Sileſiam*. Imperavit annos XVII. *Urſperg. Aventin. lib. 7. Felix Faber Hiſt. Suev. l. 1. Chron. Auguſt. & Chron. Hirſ. Siffrid. epit. l. 2. Albert. Argent. Æneas Sylvius Hiſt. Bohem. c. 27.*

XC. *Johanne à Prochyta* impulſore, *Siculi* adverſus Gallos conjurant, eosque omnes, ipſo die paſchatis año 1282. ſigno veſpertini officii dato, occidunt; nullo ætatis, ſexusve diſcrimine habito. Et hæ ſunt *veſperæ illæ Siculæ Gallis funeſtæ*. Continuò igitur *Petrus Arragoniæ Rex*, qui Manfredi filiam in matrimonio habebat,

ingen-

ingenti claſſe Panormum profectus, Siciliæ rex creatus eſt. Papa igitur ira fremens Petrum anathemate feriebat, eumque Arragoniæ regno exuere conabatur. *P. Æm. l. 7. Marian. de rebus Hiſp. lib. 11. Blond. l 8. Platina. Thom. Fazel. de reb. Siculis lib. 8. Niceph. Greg. lib. 5. Papir Maſſon. l. 3. Hieron. Blanc. in Comment. Aragon.*

C. *Adolphus Naſſovius* favore Electoris Moguntini ad Imperium promotus eſt. A. C. 1291. Quum verò Imperii provincias iniquiſſimè vaſtaret, Cæſar à Principib9 eligitur *Albertus Auſtriacus*, qui Adolphum victum manu ſuâ interemit. Adolphus ab *Eduardo Anglo* adverſus *Philippum Pulchrum* Galliæ Regem ingenti pecunia erat conductus; ſed nihil ille Angli nomine adverſus Gallum geſſit. *Alb. Argent. Annal. Fland. Mart. Pol. in append.* P. *Æm. l. 8.*

C. *Albertus Auſtriacus*, *Rudolphi Habsburgici* filius, qui per conjugium Eliſabethæ *Auſtriam* fuerat con-

conſecutus, poſt partam victoriam Imperium adeptus eſt A. C. 1298. Qvum electionis ſuæ confirmationem à Bonifacio IIX. per Oratores pro more peteret, ſanctus pater accinctus enſe, coronaq; imperiali ornatus in publicum prodiit, inquiens: *Ego ſum Pontifex & Cæſar:* Albertumque vocavit homicidam. Pòſt tamen, controverſiâ inter ſe & Philippũ Galliæ Regem ortâ, Albertum confirmavit. *Rudolphum* filium Bohemis obtruſit. Moguntinum & alios coërcuit. Dum de Principatu in Helvetia ſtabiliẽdo cogitat, præfectorum crudelitate & injuriis adacti Helvetii conjurant A. C. 1307. Tres pagi iſti *Uri, Suitii, & Underwaldi*; de Auſtriacis præfectis ejiciendis primi fecere fœd9. Anno imperii VII. à Johanne, Rudolphi Sueviæ Ducis (qui fuerat Alberti frater Germanus) filio, cujus bona tutelæ nomine diutius tenebat, ad Schafhuſium occiſus eſt. *Felix Faber Hiſt. Suev. l. 1. Al-*

L *bert,*

*bert.Argent. P.Æmil.l 8.Siffrid.l.2.Æneas Sylvius Hiſt. Bob.c.80.Cuſp.in vita Alberti l Crantz.Sax.l.8.c.36.Platina in Bonifacio IIX.Brunn.l.15.p.982.&1014.*

C. *Turcarum gens*, è Scythia oriunda, hoc ſeculo magna habuerat incrementa: oppreſſis autem reliquis principatibus, unius *Ottomanni* vel *Oſmanni* initium ad A. C.1297.refertur. Iſte Turcicorum Imperatorum Ottomannidarum conditor & parens eſt: & ab eo aula Turcica *Porta* adpellatur *Ottomannica*. Hic incredibiliter rem auxit Turcicam, magnaq; Bythiniæ parte ſubactâ, Pruſiæ ſedem regni conſtituit. Circa eadē tempora, quo Turcicum cœpit Imperium, familia Auſtriaca magna ſortita eſt incrementa, quam Deus pro ſua providentia Turcicæ potentiæ voluit opponere. *Niceph. Greg. libr.* 7.

SECULO XIV.

## *Intra annum.*

X. Poſt multas Principum deliberа-

berationes, ob ſtudia affectantiū Imperium, maximè *Philippi Pulchri*, cui artes Pontificis Romani, à Gallorum Imperio in Italia ſibi metuentis, obſtiterunt *Henricus VII. Lutzelburgicus* Cæſar creatus eſt A. C. 1308. Princeps hic non quidem opibus adeò inſtructus: At induſtrius, magnanimus, & prudens in componendis pacandisque comotis & turbatis Germaniæ Italiæqve rebus totus fuit. Filium ſuum *Johannem*, *Bohemiæ* regno præfecit, eique in matrimonium dedit *Eliſabetham* Wenceslai, Regis defuncti, filiam. *Henricū Carinthiæ* Ducem, qui regnum iſtud per triennium tenuerat, ejecit. Italiam ingreſſus in rebelles civitates graviſſimè animadvertit. *Brixiam* evertit, & *Cremonæ* mœnia disjecit. Mantuani igitur, Veronenſes, Patavini, Tarviſini, Veneti, Placētini, ſeveritate iſtâ moti, ſeſe dediderunt: & Senatus Populusqve R. *Omne jus ſuum in Imperatorem contulit.* Magnas præterea

Principum & civitatum contentiones ſopivit. *Robertum* Apuliæ Regem, quem adverſarium ei concitárat Papa, Imperatoriâ auctoritate proſcriptum Italiâ ſtatuerat pellere. Urbi Romæ præfectum impoſuit *Ludovicum Sabaudum*. Sed à *Bernhardo* Monacho pane Euchariſtico (dictu nefas) veneno infecto, in ipſo ætatis flore exſtinctus eſt, anno principatus ſui qvinto. Inſidias iſtas Imperatori ſtruxerant aut *Senenſes*, aut *Florentini*. Decrevit ille Imperatorem R. non debere Pontifici juramentum præſtare, qvum res ſit exempli inuſitati & novi: *Principem & Dominum Orbis terrarum ſervo ſervorum fidelitatis Juramento obſtringi. Æneas Sylv. hiſt. Boh. c. 31. P. Æmil. l. 8. Cuſp. in Henr. Pandulph. Collenut. l. 5. Hiſt. Neapol. Platina in Clem V. Albert. Argent. Joh. Bertel. in Hiſt. Princip. Luzelb. Brunn. l. 15. p. 1031. Blondus Dec. II. l. 9. Bohuslaus Haſſenſtenius lib de miſeria humana Genebrandus. Joh. Naucl. gener. 40. Avent. l. 8. Joh. Fontan. in Job XXII.*

XX.

XX. *Ludovinus V. Bavarus* à pluribus Germaniæ Principibus electus A.C.1314. *Fridericum Auſtriacum* æmulum, quinqvies juſtis prœliis victum, cepit, ac demum certis conditionibus dimiſit, *nomine Cæſaris ei quidem conceſſo: ſed ut à re imperii abſtineret:* quam diu Ludovicus eſſet ſuperſtes. Civile iſtud bellũ duraverat annos X. Fridericus quum Imperatorium nomẽ geſſiſſet annos *16.* philtro potatus interiit. Ludovicus *Johanni Bohemorum* Regi *Luſatiam* donavit. Italiam ingreſſus. Imperii auctoritatem adverſus Pontificum auſus acriter defendit. Urbi Romæ præfectum dedit *Caſtrutium,* aliisque opidis Papalibus & cæteris Imperii civitatibus *Vicarios,* & antiqva Cæſarum jura in Pontifices exercuit. *Galeatium* in carcerem conjecit: & *Actium* Galeatii filium Mediolani conſtituit Vicarium. Contra *Robertum* Apuliæ Regem movit. Pontifici *Johanni XXI,* remoto ſubſtituit *Nicolaum V.*

Quamobrem *à Johanne* iſto, *Benedicto XII.* & *Clemente VI.* anathemate notatus eſt. In Imperatorem demum à Pontifice armatur *Carolus* Bohemiæ Rex; &, quum ne hoc quidem ſuccederet, veneno exſtinctus eſt inclutus heros, anno Imperii 33. Helvetiorum fœdus idem confirmaverat. *Chriſtop. Clevoldus in gener. Bojora. Ducum. P. Langius in Chron. Citirenſi. Crantz. l.9 Sax. c.22. & Trithemius.*

XXX. *In Italia* Imperator civitatibus *Procuratores* dederat, *Vicarios* nomine, re autem terrarum *Dominos.* Principes viri paſſim per civitates dominatum occupabãt; quibus deinde legitimam poteſtatem permiſit *Benedictus XII.* ut illorum auxilia contra Ludovicũ parata haberet. Ita *Scaligeri* Veronæ, *Eſtenſes* Ferrariæ, & *Gonzagæ* Mantuæ conſederunt. *Albert. Argent. Platina. Chron. Belg. Blond. Cuſp. in Lud. P. Æm. l.8.*

XXX. *In Gallia Philippus Valeſius* ex lege Salica ſucceſſit, excluſo *Eduar-*

*duar-*

*duardo III. Angliæ* Rege ex Iſabella, Philippi Pulchri filia, genito: unde ingentes orti motus, qui utrumque populum per xc. annos difficili bello, maximisq; calamitatibꝰ afflixerunt. *Pol. l. 18. 19. Froſard. l. 1. P. Æm. l. 8. & 9. Buch. hiſt. Scot. l. 9.*

XL. *Humbertus Delphinatiũ* Princeps, cœnobium ingreſſus, Philippo *Galliæ* Regi *Delphinatum* donavit ea lege, ut regũ filii ſucceſſores, domini ſint iſtius principatus & *Delphini* vocentur. *P. Æm. l. 9.*

L. *Carolus IV. Johannis Bohemiæ Regis filius, Henrici VII. Lutzelburgici* nepos, contra Ludovicum Bavarum inſtinctu Pontificis à qvibusdam Principibus electus eſt A, C. 1346. & ab iſthoc tempore anni regiminis ejus numerantur 32. At cæteri Principes in comitiis Spirenſibus hanc Caroli electionẽ nullô jure factam decernunt. Neqve Carolus quicquam pro Imperio egit, quam diu Ludovicus fuit ſuperſtes. Qvum año mox ſequente obiiſſet Ludovicus, Princeps

comitiis Francofurtenſibus Carolum denuò rejecerunt, & imperium obtulerunt *Eduardo Angliæ Regi.* Sed is pro tanto honore gratias egit. Electus igitur *Fridericus Thuringiæ Landgravius*, qui & ipſe ſe excuſavit. Eligunt igitur *Guntherum Comitē Suarzeburgicum.* Qvo ſum̄oto, Carolus Imperium obtinuit. In Italiam profectus primum Mediolani coronatus eſt; ac deinde Romæ à Legato Pontificis, eâ tamen conditione, ut quam primum Româ & Italiâ excederet. *Blondus d.2.l.20. Albert. Argrnt. Avent.l.7. Trith.*

LX. *Auream Bullam* conſentientibus imperii ſtatibus condidit. Sed tamen, ut *Wenceslaum* filium ad imperium eveheret, ex imperii patrimonio multa vendidit, eâ de cauſâ Maximilianus I. hunc Imperatorem non dubitavit appellare *alterum Craſſum, Imperii vitricum & diſſipatorem.* Imperavit annos XXXII. Joh. Wiclef. multa pie ſcripſit contra pravas opiniones Eccle-

Eccleſiæ ipſiqve divinæ veritati inimicas. *Monumenta* martyr. *Joh. Chriſp Cuſp.in Carol.IV. Platin. Æneas Silv. Hiſt. Boh. Crantz. l. 20. Sax. c. 34.*

LXX. *In Polonia Caſimirus*, ex Miezeslai ſtirpe ultimus, decedens ſororis ſuæ filium, *Ludovicum Ungariæ regem*, deſignavit ſucceſſorem; unde *Polonorum dynaſtia* VII. incipit *Cromerus l. 12, & 13 hiſt. Pol.*

LXXX *Fœderis civitatum Anſeaticarum* initia ad hæc tempora referuntur. *Huitfeld. Chron. Dan. Trith.* Eodem tempore Helvetiorum pagi fœdus faciunt peculiare contra iniquas ſacerdotum excommunicationes. *Annal. Suev.*

LXXX. *Wenceslaus* Bohemiæ rex pretio & prece patris ad imperium promotus, eidem ſucceſſit A. C. 1378. Ob inertiam, & quod vini quàm Imperii curioſior eſſet: & quod complures urbes terrasq;, ad Imperium pertinentes, alienaſſet; quodqve ex Vicario Imperii *Johannem Galeacium* ſceptro pileoqve transmisſis *Ducem Medio-*

 *lanen-*

*VI. In Dania Margarita Regina Albertum* Meckeloburgenſem Sueciæ Regem victum cepit, regnoque potita eſt. Albertum illum ſeptem annos in vinculis habuit. *Albertus Crantz. Daniæ l. 7. Sueciæ l. 6. Chron. Huitfeld.*

*In Ungaria* mortuo Ludovico ſucceſſit ſub *Eliſabethæ* matris tutela ejus filia *Maria*, quam *Sigismundus* in matrimonium accepit, & *Hungariæ Rex* factus eſt. Rex iſte ad Nicopolim â Bajazete acie victus eſt. Præcipua iſtius cladis cauſa fuit Burgundus, qui primã aciem invito Sigismundo ſumſerat regendam. *Bonfin. dec. l. 1. & 2. Dubravius Hiſt. Bohem. l. 23. In Polonia Hedvigis*, Ludovici regis defuncti filia natu minima diademate exornatur, eique maritus datus *Jagello Lithuaniæ Princeps Ethnicus*, qui tamen, Chriſtiana Religione ſuſcepta, *Ladiſlaus* dictus, Lithuaniam Poloniæ adjunxit. Unde *Jagellonidarum dynaſtia* initium ſumit. *Cromerus l. 14. & 15. hiſt. Pol.*

In Wenceslai remoti locum ſuffectus *Fridericus Dux Brunſvicenſis*, Torquati filius, inſidiis & fraude Moguntini ad Furslariam interfectus eſt â Comite Waldeccenſi, An. C. 1400. Eodem igitur anno electus *Rupertus Palatinus* regnavit an. 9. menſ. 9. In Italiam profectus, ut *Johannem Galeacium* Mediolanenſem, totius Italiæ Imperium, ambitioſe affectantem, armis compeſceret, ab eodem per Italorum proditionem in agro Brixiano victus, â Papâ & Florentinis, qui ejus auxilia imploraverant, deſertus, nihil profecit; in Germaniam reverſus graviſſimum illic reliquit bellum. In regno *Arelatenſi* Imperii vicarium conſtituit filium ſuum. Ei defuncto ſucceſſit *Jodocus Marchio Moraviæ*, Wenceslai patruus, An. C. 1410. regn. menſ. 5. Sola barba ſe oſtentabat virum, qvum animi virtutes ferè nullas haberet. Ejus exſtat conſtitutio: *quod ſtatus imperii Imperatori ipſi reſiſtere poſ-*

*poſſint; ſi contra ordinationes Imperii fecerit, absque ullo crimine rebellionis & infidelitatis, Cuſpin. in Jodoco & Ruperto. Naucler. gen. 47. Huld. Mutius l. 26. Chron. Belg. Trithem. in Chron. Blond. Dec. 2. l. 1.*

## Seculo XV.

## *Intra annum.*

X. *Sigismundus Hungariæ Rex Caroli IV. filius*, communi Septemvirorum ſuffragio, Imperator factus eſt A. C. 1411. prudentiâ animi, magnitudine, liberalitate, ac cæteris ampliſſima fortuna dignis virtutibus ornatus; adeoque pace bonus princeps: bello infelix Turcico pariter & Bohemico. *Carolo VI.* Galliæ Regi *Vicariatum Imperii* in regno Arelatenſi confirmavit. *Ducatum Slesvicenſem* regno Daniæ adjudicavit, indignantibus Holſatiæ Comitibus. *Marchiam Brandenburgenſem* cum Electoratu *Friderico* Burggravio Norimbergenſi; *Saxoniæ* Electoratum *Friderico Marchioni Miſniæ*,

contulit. Cum *Barbara* uxore fœmina impudiciſſima infauſtum expertus eſt Imperator connubium. Jlla peperit ei unicam filiam *Eliſabetham*, quam deſpondit *Alberto Auſtriaco*, poſtea Imperatori, *Thuan.*

XX. Ejus impulſu habita eſt *Synodus Conſtantienſis*, quæ tribus iſtis pontificibus, qui tum ſegerebant, ſummotis, alium ſubſtituit; *Huſſumque* damnavit: unde *bellum Huſſiticum* in Bohemia conflatum eſt; quod Sigismundus Jmperator bello infelix haut potuit delere. Sigismundus in ſolemni hoc Concilio *Adolphum Clivenſem*; & *Amadæum Sabaudiæ Comitem* in ordinem *Ducum* promovit, & *Galeacio* Vicecomiti Mediolanenſi inſignia Ducatus Mediolanenſis contulit. Obiit anno imperii XXVII. Anno hujus ſeculi 31. Concilium habitum eſt *Baſileenſe*, in quo præſente *Sigismundo*, & præſidente *Juliano Cardinale*. Pontificis legato, liberius quam

quam unquam in Pontificum poteſtatem inquiſitum eſt. Hinc nata in Gallis *Pragmatica Sanctio*, Biturigibus *Carolo VII.* Rege & proceribus regni promulgata; qua approbantur & recipiuntur conſtitutiones *Conſtantienſes & Baſilienſes, ſubjicientes Pontificem Concilio, & frenum injicientes Pontificum in beneficiis conferendis, in controverſiis Romam trahendis, in annatis exigendis, in Cardinalibus creandis uſurpationi avaritiæ, ambitioni.* Eugenius verò Concilio huic oppoſuit *Ferrarienſe*, quod poſtea Florentiam tranſtulit. Græci *Octavam* vocant; qui cum ſuo Imperatore & Patriarcha aderant, auxiliorum adverſus Turcas, Conſtantinopolin oppreſſuros, indigi. Hinc factum ut Romanis nonnulla cederent, & *primatum Papæ* agnoſcerent, ac in aliis articulis conſentirent: unde concordia inſtituta eſt. Sed Græci iſti domum reverſi à ſuis malè accipiuntur & acta iſta reſcinduntur. *Eugenius Papa* à Concilio

cilio Baſilicenſi aliquoties citatus, cùm non compareret, Pontificatu indignus judicatur, & in ejus locum eligitur Amadæus Sabaudiæ Dux, hactenus eremita, dictus *Felix V.* Hinc novum natum eſt Schiſma. Lauſannæ ille ſedem fixit. Anno dignitatis ſuæ decimo à *Friderico* Imperatore perſuaſus publicæ tranquillitatis cauſa ceſſit *Nicolao V.* Idem Concilium Baſilienſe *Bohemis communionem Sacræ Cœnæ ſub utraque ſpecie permiſit*. Bonfin. dec. 3. lib. 2. *Cuſpin. in Sigism. Crantz. libr. 11. Æneas Silvius Hiſt. Bohem. c. 36. & ſeqq. Georg. Fabrit. Orig. Sax. l. 7. Paul Æmilius l. 10. Chron. Belg. Platina. Felix Faber. Hiſtor. Suev. Nauclerus gen.* 48. *Blondus. Chron. Belg. Conſt. Imper.*

XL. *Albertus II. Auſtriacus* Sigismundi Imperatoris gener, uno eodemque anno Rex factus *Bohemiæ, Hungariæ* & *Imperator*, quod contigit A. C. 1438. In expeditione adverſus Amurathem, forte ex nimio peponum eſu, aut æſtu

inter

interiit, altero imperii anno. In Bohemia Huſſitæ Regem elegerant *Caſimirum*, Poloniæ Regis fratrem, qui ab Imperatore hoc & Electore Saxoniæ repreſſus eſt. Albertus hic factiones Bohemicas attriverat. In eo *Auſtriacorum in Ungaria* incipit *dynaſtia*. Albertus moriens uxorem Eliſabetham reliquit gravidam, quæ deinde peperit *Ladiſlaum poſthumum*. Vidua hæc ex procerum conſilio *Ladiſlaum Poloniæ* Regem, qui demum in Varnenſi periit clade, ad conjugium evocavit. Eundem tamen poſtea repudiavit Viennam aufugiens, Bohemi verò, Ladislao Poſthumo neglecto, *Albertum Bavariæ Ducem* ad regnum evocabant; quod ille Regio animo abnuit. *Cuſpin in Albert.* Bonfin. *Æneas Silv. Hiſtor. Bohem. Nauclerus.*

XL. *Fridericus III.* Erneſti Ferrei filius, *Archidux Auſtriæ* Imperator electus eſt, An. C. 1440. Italiam ingreſſus Romæ coronatus eſt, ſalu-

ſalutatusque Rex Longobardorum, *Bohemicum* regnum accipere renuit; *Hungaricum* Matthiæ Hunniadi 80. aureorum millibus acceptis permiſit. Cum *Carolo Burgundo* poſt bellum annuum pacem iniit, ejusque filiam unicam *Mariam* Maximiliano filio ſuo in matrimonium impetravit, ex qua deinde natus eſt *Philippus*, Caroli V. Imperatoris parens. Obiit Fridericus anno imperii LIII. Fuit Princeps pacis amantiſſimus. Bellum nulli movit, motumque ab aliis ſtatim compoſuit. *Sfortia* hoc tempore interceperat ducatum Mediolanenſem. Pontifex Romanus, qui tum fuit *Paulus II.* Cardinales ſuos ornavit veſte coccinea, & inſigni cucullo. Filiam in ore atque oculis civitatis cum ſummo probro verſari vidit. *Pomponium Lætum*, & *Platinam* in carcerem conjecit. Ejus Succeſſor *Sixtus* IV. duos habuit filios, ac lupanar Romæ inſtituit. *Cuſpin. in Frider.*

*III. Nau-*

*III. Naucl. Æneas Silv. Æmil. l. 10. Trith, in Chron. Onufr.*

L. Ad *Daniæ* regnum poſt *Ericum* Pomeraniæ Ducem evectus fuerat *Chriſtophorus Bavarus*, à quo *Adolphus Holſatiæ Comes* Ducatum Slesvicenſem, poſt difficile bellum, in feudum accepit. Chriſtophoro illo ſine prole defuncto ad regnum evocatus eſt *Chriſtianus Comes Oldenburgicus*, cujus poſteri regnum Daniæ & Norvegiæ ad noſtra usque tempora tenent. *Chytr. Sax. part.* 1. *Crantz. Dan. lib.* 8. *cap.* 22. *& ſeqq. Arn. Huitfeld. part.* 3. & 4. *Chron.*

L. *Uladislao V. Ungariæ & Poloniæ* regi ad Varnam ab Amurathe cæſo, in Ungaria ſucceſſit *Ladislaus* infans. In *Polonia Caſimirus* Uladislai frater. *Cromerus lib.* 21. *&* 22. *Æneas Silv in Hiſt. Boh.*

LX. *Mahomedus II.* captâ *Conſtantinopoli*, Græcorum in Oriente imperium plane delevit. *Hiſt. Turco-Græc. lib.* 1.

LXX. *Urbes Prutenicæ* à crucige-

ris

ris ob eorum tyrannidem deficientes *Caſimiro Polonorum Regi* ſubjecerunt. *Chytr.*

LXXX. In *Caſtellæ* regno *Ferdinandus Arragonius*, ductâ in matrimonium *Iſabellâ*, ſucceſſit, defuncto Henrico, &, excluſo victoque *Alphonſo* Galliciæ rege, *Legionis, Caſtellæ Arragoniæ* & *Siciliæ* regna conjunxit. Idem deinde *Maurorum* in Hiſpania regnum evertit gentemque illam Hiſpaniâ ejecit. Centum viginti quatuor millia familiarum gentis iſtius barbaricæ ex Hiſpaniis migrare juſſa ſunt, & *inquiſitionis* officium in Mauros & Judæos inſtitutum *Ferdinando* nomen *Catholici* confirmavit *Mariana de rebus Hiſp.*

XC. Innocentius IIX. Pontifex Rom. hoc meruit epigramma;

*Octo nocens pueros genuit, totidemq́ʒ puellas;*
*Hunc merito potuit dicere Roma patrem.*

*Chriſtoph. Columb. Genuenſis* novum Orbem detexit. *Paulus Jov. in vita Colum-*

*Columbi Joſeph. à coſta de nat. Novi Orbis Maſſ. hiſt. jud. l.* 1. *Benzo l.* 1.

XC. In *Anglia*, auctore *Henrico Vallorum & Richmontanorum comite dynaſtia* IX. cœpit. Ille ad regnum evectus *Henricus VII* appellari voluit. *Polyd. l.* 25 *&* 26

C. *Maximilianus* I Friderici III. filius, patri defuncto in imperio ſucceſſit A. C. 1493. Supremum *Cameræ Imperialis judicium Spirenſe* ordinavit. *Ludovicum XI. Galliæ Regem*, qui Burgundiæ partem ad ſe rapuerat, repreſſit. *Maria* Burgundica defuncta, cum Britaniæ Ducis filiam ſibi deſpondiſſet, eam intercepit, ſibiq; junxit *Carolus* IIX. Galliæ Rex, & *Margaritam* Maximiliani filiam, quam diu habuerat pro ſponſa patri remiſit. *Bellum* contra *Helvetios* ſuſcepit parũ felix. *Bavaricum* feliciùs confecit. Cum *Julio* Pontifice, *Ludovico XII.* Galliæ Rege, *Ferdinando* Hiſpano & *Alphonſo* Ferrarienſi fœdus iniit, ad Venetorum potentiam infringendam. A morte *Matthiæ* Hun-

niadis

niadis Hungariæ Regis. Auſtriacas urbes recepit: & totum Hungariæ regnum perdomuiſſet; niſi placuiſſet ex pacto id concedere *Uladislao* Bohemiæ Regi: retento ſolo ſucceſſionis jure, ut, deficiente maſcula ſobole Uladislai, in ſuos id poſteros devolveretur. *Ducatum Mediolanenſem*, accepto à *Ludovico Sfortia*, fidei juramento, ad Imperii obedientiam ſine ſanguine reduxit, inter cætera damarum aſſiduus venator. *Philippo* filio, ex Maria Burgunda genito, quem Belgii Ducem appellárat, *Annam Ferdinandi Caſtellani* filiam in matrimonium dedit. Ad eam Hiſpaniarum regna; ac deinde porrò ad filium ejus *Carolum V.* devoluta ſunt; provinciæq; *Belgicæ* cú Hiſpania conjunctæ. Imperavit Maximilianus annos xxv. In fine hujus ſeculi Pontifex Rom. fuit *Alexander VI.* homo, ut *Onufrius* ait, ad exitium Italiæ natus; de quo noti ſunt verſus:

*Vendit Alexander, Sacramenta, Altaria, Chriſtum:*

*Eme-*

*Emerat ille prius, vendere jure poteſt.*
*Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iſte:*
*Semper ſub Sextis perdita Roma fuit.*

Inter quatuor filios habuit *Cæſarem Borgiam*, ſpurium nequiſſimũ: & duas filias. In *Lucretiam* alteram ejus filiam ita *Johannes Pontanus*:

*Conditur hoc tumulo Lucretia nomine, ſed re*
*Thais, Alexandri filia ſponſa nurus.*

*Chytræus in Sax. l. 2. Paul. Jov. in Hiſt. Trith. in Chron. Mariana de reb. Hiſp. Bembus Hiſt. Venet. l. 7. Cuſp. in Maxim. Avent. in Annal. Krantz* 17. *l.* 13. *c.* 9. *On,*

## SECULO XVI.

## *Intra annum.*

X. Pontifex Romanus, qui tum erat, *Julius II.* Terrarum Orbem bellis involvit, Marti adeo deditus, ut obſidioni Mirandulanæ copiarum Imperator ipſe intereſſet. Ei filia fuit, quam *Johanni Jordano Urſino* in matrimonium dedit. Patrimonium Petri auxit abſolutione caſuum reſervatorum.

rum. Ejus ſucceſſor *Leo X.* ſuam auctoritatem ſupra Concilium extulit, & Sanctionem pragmaticam abrogavit. *Ferdinandus V. Hiſpanus*, inito fœdere cum *Ludovico XII. Galliæ Rege*, *Fridericum Neapolitanum*, regno ejecerat; quum Arragonii id jam tenuiſſent ãnis 79 Victores illud intra ſe partiti quidem erant: ſed cum de finibus orta eſſet contentio, Galli ab Hiſpanis toto regno exturbati ſunt. *Guicciard. l. 5. Thuan. l. 1. Mariana l. 27. & 28.* Idem autem Ludovicus XII. *Sfortiis* fratribus captis, ditionem *Mediolanenſem* occupaverat, qua tamen poſt 13 annos iterum excidit, *Guicc. l. 4. & 5. Thuan. l. 1.*

XX. *Lutherus* indulgentiarum venditoribus ſe opponere cœpit anno 1517. unde ad Eccleſiæ reformationem occaſio nata eſt. *Johan. Sleidan. de ſtatu religion. & reip. Philippus Mel. in Hiſt. de vita & actis Mart. Lutheri, Chemnitius in Exam. p. 4. de Indulgent.*

XX. *Carolus V. Maximiliani* Impera-

peratoris nepos, electus eſt A.C. 1519. Cum *Franciſco Galliæ Rege* ei fere perpetuum fuit bellum; qvem in obſidione Papiæ per duces captum, factâ pace, tandem dimiſit. Iidem illi duces Cæſareani *Romam* captam diripuere. *Thuan.l.1.Chytræus in Saxon.Paul.Jov. lib.22.Guicc.lib.13.Hiſtor.Ital.Sleidan. libr.1.*

XXX. *Ludovico Bohemiæ & Ungariæ* rege in prælio adverſus Turcas cœſo, *Bohemi Ferdinandum Auſtriacum* Caroli V. Fratrem, qui Ludovici ſororem in matrimonio habebat, Regem elegerunt; deinde ab *Hungaris* quoque electus *Ferdinandus* æmulum ſuum *Johannem Weiwodam* repreſſit; qui tamen *Solymanni* opem implorans, eum in Ungariam excitavit; unde magnæ conſequutæ calamitates, ipſiusque *Viennæ* obſidio. *Paul.Jov.libr.23.& 28 Thuan. lib.1.Sleid lib.6.Joh.Ramus l.2.de rebus Turcicis.Dreſſer. mill.6.*

XXX. Eodem tempore *Guſta-*

*vus*, reecuperata libertate, pulſiſque Danis, Rex Sveciæ ſalutatus, pontificiam religionem abrogavit. *Thuan. l.* 1. 1. *Chytræus in Saxon. p.* 2. *Ubbo Emmius l.* 59.

XL. *Carolus Imperator in Africam* primo feliciter trajecit; & *Muleaſſen* Regem reſtituit: Altera verò expeditio Africana infelix fuit. In *Italia Alexandrum Medicem*, Laurentii Urbini filium nothum, *Florentiæ Ducem* creavit Cæſar, eique *Margaritam* filiam ſuam naturalem in matrimonium dedit; quo ob vagas libidines interemto, *Coſmus Medices Florentiæ Dux* à Cæſare creatus eſt. *Guicc. l.* 20. *Hiſtor. Ital. Paul. Jov. libr.* 24. & 40. *Chytræus l.* 10.

L. Imperator hoc tempore *bellum Schmalkaldicum* victo & capto *Electore Saxoniæ & Landgravio* contra datam fidem in cuſtodia detento, confecit; ſed deindeà *Mauritio*, cui dignitatem electoralem contulerat, fugatus *Paſſavienſem tranſactionem* cum Proteſtanti-

ſtantibus iniit; & Principes captivos dimiſit. Tandem depoſito imperio, abdicatiſque ultrò regnis, privatus deceſſit, quum imperaſſet anno 38. menſes 7. *Thuan. l. 47. & 12. Guicciard. in comment. l. 2. Sleid. l. 24.*

LX. Eodem anno, quo *Philippus* II. Caroli filius, *Hiſpanias*, *Eliſabetha Angliam* obtinuere; *Ferdinandus I. Bohemiæ & Hungariæ Rex*, *Imperium* accepit, anno videlicet Chriſti 1558. *Religionis pacem* in comitiis *Auguſtanis* confirmatam ſartam tectamque conſervavit. Sed Hungariam *Solymannus*, multis urbibus expugnatis, miſerè afflixit, imperavit Ferdinandus annos 6. *Thuan. libr. 20. 21. Chytræus libr. 19.*

LXX. Maximilianus II. Ferdinando patri in regnis & imperio ſucceſſit, An. Chr. 1564. Egregium ſe geſſit Principem, juſtitiâ & pace ſollicitè ſervatâ. Pontifici *Coſmum Medicem magnum Hetruriæ Ducem* creante reſtitit: poſt

tamen *Franciſco* Coſmi filio dignitatem illam confirmavit; ea tamen lege; ut ex Imperii beneficio ſe illam habere debitè agnoſceret. Cum *Selymo* pacem iniit, regnavitque annos 12. *Inquiſitio Hiſpanica* hac tempeſtate ab *Albano* Duce in Belgium introducta, *bellum* excitavit *Belgicum*: quod interjectis aliquando induciis decennalibus, ad annum usque 48. quo pax Monaſterii eſt inita, duravit. *Thuan. libr. 36. & ſeqq. Dreſſ. mill. Leunclavius.*

LXXX. *Rudolphus* II. Maximiliano patri ſuffectus A. C. 1576. Imperium & regna pacificè adminiſtravit. *Bellum Turcicum* cum fœdifragis barbaris per duces varia fortuna gesſit; & tandem pacem 15. annos cum hoſtibus iniit. Proteſtantibus *Calendarium Gregorianum* obtrudere fruſtra conatus eſt. *Matthias* frater regnum *Bohemiæ* & *Auſtriam* ei extorſit. Imperium tenuit annos 36. *Thuan, lib. 67. & ſeqq. Dreſſ. Mill.*

*Mill.6.Chytr.in Sax. Sebaſtianus* Luſitaniæ Rex *Mahometem in Feſſæ & Marocci* regnum reducturus, accepta clade ingenti, occubuit, anno 1578. *Luſitania* deinde à *Philippo Caſtiliæ* rege occupata eſt. *Thuanus.*

XC. In *Polonia*, Sigismundo Auguſto Jagellonicæ ſtirpis maſculæ ultimo defuncto, è Gallia in regnum evocatus erat *Henricus* III. Huic verò poſt fratris obitum ad Gallos ſuos refugienti ſucceſſerat *Stephanus Bathorius*, qui cum ex Anna Auguſti ſorore, provectioris ætatis virgine, nullam reliquiſſet prolem, regnum Poloniæ oblatum eſt *Sigismundo* Johannis Svecici regis filio, qui maternum genus regiæ Polonorum ſtirpi debebat; anno 1587. Sed Sigismundus, Poloniam nactus, Svecia excidit.

In *Scotia* Mariæ matri decollatæ ſucceſſit *Jacobus* VI. Henrici Stuarti filius anno 1581.

In *Gallia Henrico* III. à monacho

nefariè interemto ſucceſſit *Henricus IV. Navarræus* anno 1590. qui bello adverſus æmulos geſto, quomodo equites haſtis abjectis, bombardulis illis, quas *piſtolettas* vulgò vocant, rectè debeant uti, primus oſtendit. Pontificiam religionem amplexus pacatum demum obtinuit regni ſtatum.

C. *Bellum Turcicum* in Hungaria hoc tempore gliſcebat. Inter *Hiſpanos* & *Gallos* pax conſtituta eſt anno 1598.

## Seculo XVII.

*Quæ noſtro hoc ſeculo geſta ſunt per ſingulos annos colligemus præcipua.*

An. 1. Anno I. *Ludovicus XIII.* Galliæ rex; & *Carolus* Jacobi VI. Angliæ regis filius, naſcuntur. Carolus Sudermanniæ Dux, Guſtavi filius, à Proceribus Sueciæ Rex declaratur. *Mauritius Auriacus Reinbergam* intercipit. *Mercurius Dux Albam Regalem* expugnat. *Sigismundus Bathorius*, è Moldavia ad Tranſilvaniæ Principatum evocatus, Cæſareanis deinde negotium

tium faceſſit. Colloquium inter Evangelicos & Pontificios *Reginoburgi* habetur. *Oſtendæ* obſidio initium ſumit.

An. II. *Genevam Sabaudus* fruſtrà An. 2.
tentat. *Mauritius Gravam* urbem capit. *Bironius* regni Gallici Mareſchallus, conjurationis reus, gladio percutitur. *Alba Regalis* Hungariæ urbs à Turcis occupatur. *Helvetii fœdus* ineunt cum Henrico IV. Galliæ Rege. *Sigismundus Bathorius* ſe dedit Cæſari.

An. III. *Eliſabethæ* Angliæ reginæ An. 3.
defunctæ ſuccedit *Jacobus* VI. rex Scotiæ. Eodem Anno per conjurationem humerus ejus ſclopo, percutitur. Regno Scotiæ præfuit An: 455. &c. Anglia regno annos 23.

An. IV. *Spinola* demum per de- An. 4
ditionem capit *Oſtendam*: & *Mauritius Sluſam*. *Boſcajus* turbat Hungariam. Mahomedi III. defuncto ſuccedit filius *Achmetes* novem annorum puer: quum major natu juſſu parentis fuiſſet oc-

ciſus. *Petrus Erneſtus Mansfeldiæ* Comes, heros fortisſimus, diem obiit ſupremum. *Jeſuitæ* à Gallia antehac pulſi denuò recipiuntur.

An. 5. An. V. Clementi IIX. defuncto ſuccedit *Leo XI.* & huic poſt paucos dies defuncto *Paulus V. Demetrius*, qui Johannis Baſilidis credebatur filius, oppreſſo Bori, regnum occupat *Muſcoviticum.* Verum anno mox ſequente in ipſis nuptiis à Moſcovitis trucidatur. *Carolus Sueciæ Rex* invadit *Livoniam*: ſed cum clade repellitur. *Henricus Julius* Dux Brunſvicenſis *Brunſvicum* ſtratagemate tentat, & ſequenti anno obſidet. *Mauritius* Hasſiæ Landgravius doctores *reformatos* ad Academiam *Marpurgenſem* evocat. Stupenda adparet *eclipſis.* Angli nonnulli *conjurant* in Regem. Strigonium Achmetes per Mehemetem Viſirium recipit.

An. 6. An VI. *Induciæ* initæ cum *Turcarum* Jmperatore Achmete in annos

nos 15. *Jeſuitis* ex *Venetorum* provinciis ejectis ipſi *Veneti* à Pontifice *communione excluduntur*. Horrenda illa *conjuratio* in *Anglia* detegitur, qua ipſe Rex & Proceres ſuppoſito pulvere nitrato ferè periiſſent. *Baſſa Alepienſis* à Turca deficit.

An. VII. Ingens *inundatio* contingit in *Anglia*. *Carolus in Svecia* coronatar. *Roccoſani* turbant Poloniam *Sigismundus Ragotzius* Tranſilvaniæ creatur Dux. *Donawerda*, urbs imperii libertate ſua exuitur. *Academia Gieſſenſis* privilegiis ornatur. A. 7.

An. VIII. *Rudolphus* Jmperator cum *Matthia* fratre colliditur; qui ei *Hungariæ* regnum & *Auſtriam* extorquet. In *comitiis Reginoburgenſibus* pax religionis confirmatur. *Sigismundus Ragotzius* cedit Tranſilvania, eamque obtinet *Gabriel Bathorius*, Turcarum ſe ſubmittens imperio. A. 8.

An. IX. *Bohemi literas majeſtatis* impetrant à *Rudolpho* Jmperatore, A. 9.

ris ob eorum tyrannidem deficientes *Caſimiro Polonorum Regi* ſubjecerunt. *Chytr.*

LXXX. In *Caſtellæ* regno *Ferdinandus Arragonius*, ductâ in matrimonium *Iſabellâ*, ſucceſſit, defuncto Henrico, &, excluſo victoque *Alphonſo* Galliciæ rege, *Legionis*, *Caſtellæ Arragoniæ* & *Siciliæ* regna conjunxit. Idem deinde *Maurorum* in Hiſpania regnum evertit gentemque illam Hiſpaniâ ejecit. Centum viginti quatuor millia familiarum gentis iſtius barbaricæ ex Hiſpaniis migrare juſſa ſunt, & *inquiſitionis* officium in Mauros & Judæos inſtitutum *Ferdinando* nomen *Catholici* confirmavit *Mariana de rebus Hiſp.*

XC. Innocentius IIX. Pontifex Rom. hoc meruit epigramma;

*Octo nocens pueros genuit, totidemque puellas;*
*Hunc merito potuit dicere Roma patrem.*

*Chriſtoph. Columb. Genuenſis* novum Orbem detexit. *Paulus Jov. in vita Colum-*

*Columbi Joſeph. à coſta de nat. Novi Orbis Maff. hiſt. jud. l.* 1. *Benzo l.* 1.

XC. In *Anglia*, auctore *Henrico Vallorum & Richmontanorum comite dynaſtia* IX. cœpit. Ille ad regnum evectus *Henricus VII* appellari voluit. *Polyd. l.* 25 & 26

C. *Maximilianus I* Friderici III. filius, patri defuncto in imperio ſucceſſit A. C. 1493. Supremum *Cameræ Imperialis judicium Spirenſe* ordinavit. *Ludovicum XI. Galliæ Regem*, qui Burgundiæ partem ad ſe rapuerat, repreſſit. *Maria* Burgundica defuncta, cum Britañiæ Ducis filiam ſibi deſpondiſſet, eam intercepit, ſibiq; junxit *Carolus* IIX. Galliæ Rex, & *Margaritam* Maximiliani filiam, quam diu habuerat pro ſponſa patri remiſit. *Bellum* contra *Helvetios* ſuſcepit parũ felix. *Bavaricum* feliciùs confecit. Cum *Julio* Pontifice, *Ludovico XII.* Galliæ Rege, *Ferdinando* Hiſpano & *Alphonſo* Ferrarienſi fœdus iniit, ad Venetorum potentiam infringendam. A morte *Matthiæ* Huniadis

niadis Hungariæ Regis. Auſtriacas urbes recepit: & totum Hungariæ regnum perdomuiſſet: niſi placuiſſet ex pacto id concedere *Uladislao* Bohemiæ Regi: retento ſolo ſucceſſionis jure, ut, deficiente maſcula ſobole Uladislai, in ſuos id poſteros devolveretur. *Ducatum Mediolanenſem*, accepto à *Ludovico Sfortia*, fidei juramento, ad Imperii obedientiam ſine ſangvine reduxit, inter cætera damarum aſſiduus venator. *Philippo* filio, ex Maria Burgunda genito, quem Belgii Ducem appellárat, *Annam Ferdinandi Caſtellani* filiam in matrimonium dedit. Ad eam Hiſpaniarum regna; ac deinde porrò ad filium ejus *Carolum V.* devoluta ſunt; provinciæq; *Belgicæ* cú Hiſpania conjunctæ. Imperavit Maximilianus annos xxv. In fine hujus ſeculi Pontifex Rom. fuit *Alexander VI.* homo, ut *Onufrius* ait, ad exitium Italiæ natus; de quo noti ſunt verſus:

*Vendit Alexander, Sacramenta, Altaria, Chriſtum:*

*Eme-*

*Emerat ille prius, vendere jure poteſt.*
*Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iſte:*
*Semper ſub Sextis perdita Roma fuit.*
Inter quatuor filios habuit *Cæſarem Borgiam*, ſpurium nequiſſimũ: & duas filias. In *Lucretiam* alteram ejus filiam ita *Johannes Pontanus*:
*Conditur hoc tumulo Lucretia nomine, ſed re*
*Thais, Alexandri filia ſponſa nurus.*
*Chytræus in Sax. l. 2. Paul. Jov. in Hiſt. Trith. in* Chron. *Mariana de reb. Hiſp. Bembus Hiſt. Venet. l. 7.* Cuſp. *in Maxim. Avent. in Annal. Krantz* 17. *l.* 13. *c.* 9. *On.*

SECULO XVI.

## *Intra annum.*

X. Pontifex Romanus, qui tum erat, *Julius II.* Terrarum Orbem bellis involvit, Marti adeo deditus, ut obſidioni Mirandulanæ copiarum Imperator ipſe intereſſet. Ei filia fuit, quam *Johanni Jordano Urſino* in matrimonium dedit. Patrimonium Petri auxit abſolutione caſuum reſervatorum.

rum. Ejus ſucceſſor *Leo X.* ſuam auctoritatem ſupra Concilium extulit, & Sanctionem pragmaticam abrogavit. *Ferdinandus V. Hiſpanus*, inito fœdere cum *Ludovico XII. Galliæ Rege*, *Fridericum Neapolitanum* regno ejecerat; quum Aragonii id jam tenuiſſent annis 79 Victores illud intra ſe partiri quidem erant: ſed cum de finibus orta eſſet contentio, Galli ab Hiſpanis toto regno exturbati ſunt. *Guicciard. l. 5. Thuan. l. 1. Mariana l. 27. & 28.* Idem autem Ludovicus XII. *Sfortiæ* fratribus captis, ditionem *Mediolanenſem* occupaverat, qua tamen poſt 13 annos iterum excidit, *Guicc. l. 4. & 5. Thuan. l. 1.*

XX. *Lutherus* indulgentiarum venditoribus ſe opponere cœpit anno 1517. unde ad Eccleſiæ reformationem occaſio nata eſt. *Johan. Sleidan. de ſtatu religion. & reip. Philippus Mel. in Hiſt. de vita & actis Mart. Lutheri*, *Chemnitius in Exam. p. 4. de Indulgent.*

XX. *Carolus V. Maximiliani* Impera-

peratoris nepos, electus eſt A. C. 1519. Cum *Franciſco Galliæ Rege* ei fere perpetuum fuit bellum; qvem in obſidione Papiæ per duces captum, factâ pace, tandem dimiſit. Iidem illi duces Cæſareani *Romam* captam diripuere. *Thuan. l. 1. Chytræus in Saxon. Paul. Jov. lib. 22. Guicc. lib. 13. Hiſtor. Ital. Sleidan. libr. 1.*

XXX. *Ludovico Bohemiæ & Ungariæ* rege in prælio adverſus Turcas cœſo, *Bohemi Ferdinandum Auſtriacum* Caroli V. Fratrem, qui Ludovici ſororem in matrimonio habebat, Regem elegerunt; deinde ab *Hungaris* quoque electus *Ferdinandus* æmulum ſuum *Johannem Weiwodam* repreſſit; qui tamen *Solymanni* opem implorans, eum in Ungariam excitavit; unde magnæ conſequutæ calamitates, ipſiusque *Viennæ* obſidio. *Paul. Jov. libr. 23. & 28 Thuan. lib. 1. Sleid lib. 6. Joh. Ramus l. 2. de rebus Turcicis. Dreſſer. mill. 6.*

XXX. Eodem tempore *Guſta-*

*vus*, reecuperata libertate, pulſisque Danis, Rex Sveciæ ſalutatus, pontificiam religionem abrogavit. *Thuan. l.* 1. *l. Chytræus in Saxon. p.* 2. *Ubbo Emmius l.* 59.

XL. *Carolus Imperator in Africam* primo feliciter trajecit, & *Muleaſſen* Regem reſtituit: Altera verò expeditio Africana infelix fuit. In *Italia Alexandrum Medicem*, Laurentii Urbini filium nothum, *Florentiæ Ducem* creavit Cæſar, eique *Margaritam* filiam ſuam naturalem in matrimonium dedit; quo ob vagas libidines interemto, *Coſmus Medices Florentiæ Dux* à Cæſare creatus eſt. *Guicc. l.* 20. *Hiſtor. Ital. Paul. Jov. libr.* 24. & 40. *Chytræus l.* 10.

L. Imperator hoc tempore *bellum Schmalkaldicum* victo & capto *Electore Saxoniæ & Landgravio* contra datam fidem in cuſtodia detento, confecit; ſed deindeà *Mauritio*, cui dignitatem electoralem contulerat, fugatus *Paſſavienſem transactionem* cum Proteſtanti-

ſtantibus iniit; & Principes captivos dimiſit. Tandem depoſito imperio, abdicatisque ultrò regnis, privatus deceſſit, quum imperaſſet anno 38. menſes 7. *Thuan. l. 47. & 12. Guicciard. in comment. l. 2. Sleid. l. 24.*

LX. Eodem anno, quo *Philippus* II. Caroli filius, *Hiſpanias*, *Eliſabetha Angliam* obtinuere; *Ferdinandus I. Bohemiæ & Hungariæ Rex*, *Imperium* accepit, anno videlicet Chriſti 1558. *Religionis pacem* in comitiis *Auguſtanis* confirmatam ſartam tectamque conſervavit. Sed Hungariam *Solymannus*, multis urbibus expugnatis, miſerè afflixit, imperavit Ferdinandus annos 6. *Thuan. libr. 20. 21. Chytræus libr. 19.*

LXX. Maximilianus II. Ferdinando patri in regnis & imperio ſucceſſit, An. Chr. 1564. Egregium ſe geſſit Principem, juſtitiâ & pace ſollicitè ſervatâ. Pontifici *Coſmum Medicem magnum Hetruriæ Ducem* creante reſtitit: poſt

tamen *Franciſco* Coſmi filio dignitatem illam confirmavit; ea tamen lege; ut ex Imperii beneficio ſe illam habere debitè agnoſceret. Cum *Selymo* pacem iniit, regnavitque annos 12. *Inquiſitio Hiſpanica* hac tempeſtate ab *Albano* Duce in Belgium introducta, *bellum* excitavit *Belgicum*: quod interjectis aliquando induciis decennalibus, ad annum usque 48. quo pax Monaſterii eſt inita, duravit. *Thuan. libr. 36. & ſeqq. Dreſſ. mill. Leunclavius.*

LXXX. *Rudolphus* II. Maximiliano patri ſuffectus A. C. 1576. Imperium & regna pacificè adminiſtravit. *Bellum Turcicum* cum fœdifragis barbaris per duces varia fortuna gesſit; & tandem pacem 15. annos cum hoſtibus iniit. Proteſtantibus *Calendarium Gregorianum* obtrudere fruſtra conatus eſt. *Matthias* frater regnum *Bohemiæ & Auſtriam* ei extorſit. Imperium tenuit annos 36. *Thuan, lib. 67. & ſeqq. Dreſſ. Mill.*

*Mill.6.Chytr.in Sax, Sebaſtianus* Luſitaniæ Rex *Mahometem in Feſſæ & Marocci* regnum reducturus, accepta clade ingenti, occubuit, anno 1578. *Luſitania* deinde à *Philippo Caſtiliæ* rege occupata eſt. *Thuanus.*

XC. In *Polonia*, Sigismundo Auguſto Jagellonicæ ſtirpis maſculæ ultimo defuncto, è Gallia in regnum evocatus erat *Henricus* III. Huic verò poſt fratris obitum ad Gallos ſuos refugienti ſucceſſerat *Stephanus Bathorius*, qui cum ex Anna Auguſti ſorore, provectioris ætatis virgine, nullam reliquiſſet prolem, regnum Poloniæ oblatum eſt *Sigismundo* Johannis Svecici regis filio, qui maternum genus regiæ Polonorum ſtirpi debebat; anno 1587. Sed Sigismundus, Poloniam nactus, Svecia excidit.

In *Scotia* Mariæ matri decollatæ ſucceſſit *Jacobus* VI. Henrici Stuarti filius anno 1581.

In *Gallia Henrico* III. à monacho

 nefa-

nefariè interemto ſucceſſit *Henricus IV. Navarræus* anno 1590. qui bello adverſus æmulos geſto, quomodo equites haſtis abjectis, bombardulis illis, quas *piſtolettas* vulgò vocant, rectè debeant uti, primus oſtendit. Pontificiam religionem amplexus pacatum demum obtinuit regni ſtatum.

C. *Bellum Turcicum* in Hungaria hoc tempore gliſcebat. Inter *Hiſpanos* & *Gallos* pax conſtituta eſt anno 1598.

SECULO XVII.

*Quæ noſtro hoc ſeculo geſta ſunt per ſingulos annos colligemus præcipua.*

An. 1. Anno I. *Ludovicus XIII.* Galliæ rex; & *Carolus* Jacobi VI. Angliæ regis filius, naſcuntur. Carolus Sudermanniæ Dux, Guſtavi filius, à Proceribus Sueciæ Rex declaratur. *Mauritius Auriacus Reinbergam* intercipit. *Mercurius Dux Albam Regalem* expugnat. *Sigismundus Bathorius*, è Moldavia ad Tranſilvaniæ Principatum evocatus, Cæſareanis deinde negotium

tium faceſſit. Colloquium inter Evangelicos & Pontificios *Reginoburgi* habetur. *Oſtendæ* obſidio initium ſumit.

An. II. *Genevam Sabaudus* fruſtrà tentat. *Mauritius Gravam* urbem capit. *Bironius* regni Gallici Mareſchallus, conjurationis reus, gladio percutitur. *Alba Regalis* Hungariæ urbs à Turcis occupatur. *Helvetii fœdus* ineunt cum Henrico IV. Galliæ Rege. *Sigismundus Bathorius* ſe dedit Cæſari. An. 2.

An. III. *Eliſabethæ* Angliæ reginæ defunctæ ſuccedit *Jacobus* VI. rex Scotiæ. Eodem Anno per conjurationem humerus ejus ſclopo, percutitur. Regno Scotiæ præfuit An: 455. &. Anglia regno annos 23. An. 3.

An. IV. *Spinola* demum per deditionem capit *Oſtendam*: & *Mauritius Sluſam*. *Boſcajus* turbat Hungariam. Mahomedi III. defuncto ſuccedit filius *Achmetes* novem annorum puer: quum major natu juſſu parentis fuiſſet oc- An. 4

 ciſus;

nos 15. *Jeſuitis* ex *Venetorum* provinciis ejectis ipſi *Veneti* à Pontifice *communione excluduntur.* Horrenda illa *conjuratio* in *Anglia* detegitur, qua ipſe Rex & Proceres ſuppoſito pulvere nitrato ferè periiſſent. *Baſſa Alepienſis* à Turca deficit.

An. VII. Ingens *inundatio* contingit in *Anglia.* *Carolus in Svecia* coronatar. *Roccoſani* turbant Poloniam *Sigismundus Ragotzius* Tranſilvaniæ creatur Dux. *Donawerda*, urbs imperii libertate ſua exuitur. *Academia Gieſſenſis* privilegiis ornatur. A. 7.

An. VIII. *Rudolphus* Jmperator cum *Matthia* fratre colliditur; qui ei *Hungariæ* regnum & *Auſtriam* extorquet. In *comitiis Reginoburgenſibus* pax religionis confirmatur. *Sigismundus Ragotzius* cedit Tranſilvania, eamque obtinet *Gabriel Bathorius*, Turcarum ſe ſubmittens imperio. A. 8.

An. IX. *Bohemi literas majeſtatis* impetrant à *Rudolpho* Jmperato- A. 9.

re, quibus libertati religionis cavetur. *Auſtriacis* quoque *Moravis* & *Sileſiis liberum* permittitur *religionis exercitium* *Roccoſani* Poloniæ Regi conciliantur *Carolus* Sueciæ Rex fruſtra tentat *Rigam*. *Johanne Wilhelmo Duce Juliacenſi* ſine prole defunćto, *Elector Brandenburgicus* & *Palatinus Neoburgicus* de ſucceſſione contendunt. *Induciæ* inter *Hiſpaniæ Regem* & *Fœderatas Provincias* Belgicas in duodecim annos factæ initium ſumunt.

A. 10. An. X. *Henricus IV.* Galliæ Rex á *Sicario* interficitur, eique ſuccedit *Ludovicus XIII.* Bellum *Alſaticum* geritur, & *Juliacenſe* gliſcit, *Mauritio Auriaco* Principibus ſuppetias ferente. *Juliacum* ab eodem Mauritio capitur. *Conventum Proteſtantes* celebrant *Halæ Svevorum*, *unionemque* firmant; cui Principes nonnulli Romanæ religionis aliud opponunt *Würtzburgi* fœdus. Ad *Smolenſcum* à Polonis cæduntur *Moſcovitæ*; & hi vaſtant incendio *Vilnam* urbem. Hiſpa-

nus

nus *Mauritaniæ* Regem in regnum reducit.

An. XI. *Leopoldi Paſſavienſis Epiſcopi exercitus* Auſtriæ & Bohemiæ infeſtus res molitur novas. Hinc Hungariæ Rex *Matthias Bohemiæ* quoque regnum obtinet. *Rex Daniæ Chriſtianus IV.* expugnat Calmariam, opidum Sveciæ munitisſimum. *Conventus* aliquot Principum unitorum celebrantur *Jüterbocci*, *Norimbergæ* & deinde *Rotenburgi*. *Johannes Sigumundus Brandenburgicus* Elector Boruſſiæ feudum obtinet. Carolo Sueciæ Regi defuncto ſuccedit *Guſtaphus Adolphus* filius: & *Johannes Georgius* Saxoniæ Elector *Chriſtiano* fratri defuncto. *Smolenſcum* à Polonis expugnatur. A. 11.

An. XII. Rudolpho II. Jmperatore defuncto, eligitur *Matthias* Hungariæ & Bohemiæ Rex, regnavit annos 7. *Mulheimum* munitur. *Chriſtianus* IV. Rex Daniæ expugnat *Elsburgum*. *Marrocci Rex* per Magum regno pellitur. A. 12.

*Judæi* per tumultum *Francofurto* pelluntur.

An.13. An.XIII.*Pax* inter Chriſtianum IV.Daniæ Regem & Guſtaphum Adolphum Sueciæ Regem conſtituitur. Henricus Julius Dux Brunſvicenſis moritur, eique ſuccedit filius *Fridericus Ulricus* *Bethlehemus Gabor* Gabrielem Bathorium Tranſilvania pellit. Seditioſus miles populatur *Poloniam.*

A. 14. XIV. *Spinola Aquigranum & Mulheimium* opprimit. *Wolfgangus Wilhelmus Neoburgicus* Pontificiam religionem amplectitur; & *Johannes Sigismundus* Elector Brandenburgicus Reformatam.

An.15 XV. *Pax cum Turca* conſtituitur in 20. annos. *Brunſvicum* obſidetur. *Ludovicus XIII.* in *matrimonium* accepit *Annam Mariam* Hiſpaniæ Regis filiam. *Michael Fedrowitz* Magnus Moſcoviæ eligitur Dux. Judæi ejiciuntur *Wormatiâ.* Galliæ Rex: Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem tuetur.

XVI.

XVI. Inter *Ferdinandum* Archiducem Auſtriæ: & *Venetos bellum* in Jſtria & Foro Julii geritur varium. *Marcus Antonius de Dominis* Epiſcopus Spalatenſis Pontificiam deſerit religionem. *Condæus* Princeps à Rege Galliæ *Aucræi* inſtinctu in cuſtodiam traditur. A. 16.

XVII. *Ferdinandus II.* Bohemiæ Rex coronatur. *Jubilæus Evangelicorum* celebratur. *Conventus Proteſtantium* celebratur *Heilbronnæ.* Jn *Gallia* Principes nonnulli proſcribuntur, & hinc periit *Ancreus.* *Sueciæ Rex* in *Livonia* capit *Parnaviam*, & *Vindaviam*, ſed fruſtra tentat *Rigam.* Hiſpanus *Vercellas* ſub ſuam redigit poteſtatem. *Matthias* Jmperator, *Ferdinandus* Bohemiæ Rex, & *Maximilianus* Archidux Auſtriæ *Dresdam* veniunt, & ab Electore magnificè excipiuntur. Turcicum regnum, *Achmete* mortuo, transfertur in *Muſtapham* fratrem, qui poſt duos aut tres menſes carceri redditur: ac vehitur *Oſman,* A. 17.

Achmetis filius; is pace cum Perſis facta, Poloniam invadit anno hujus ſeculi 21. ſed cum clade rejectus ſexto Imperii anno à ſuis ſtrangulatur.

A. 18. XIIX. *Pax* inter *Ferdinandum* Auſtriacum, Bohemiæ Regem, & *Venetos* initur. Regni Bohemiæ proceres per *feneſtras* præcipites dant *Slabatam*, Smeſancium & *Platerum* unde bellum Bohemicum natum Fœda *conjuratio Venetiis* detegitur. *Ferdinandus* Bohemiæ Rex ad Hungariæ regnum evehitur ſtudio Matthiæ. *Philippiburgum* Treverenſis auſpiciis nuper munitum à Palatino deſtruitur. Pax inter *Sabaudum* & *Hiſpanum* conciliatur. *Pilsna* à Bohemis Mansfeldio Duce expugnatur.

A. 19. XIX. Matthias Imperator moritur, eique ſuccedit *Ferdinandus II* Bohemiæ & Hungariæ Rex, qui regnat annos 17. *Bohemi*, rejecto Ferdinando, Regem ſibi præficiunt *Fridericum V, Palatinum.* Comes

mes

mes Thurrianus *Viennam obſidet. Bethlemus Gabor* Tranſylvanus *Hungariam* invadit. *Barnefeldius* capite plectitur. *Dordraci* celebratus Synodus.

XX. *Spinola* ex Belgio movet, *Unitorumque* Principum caſtris imminet, & multa imperii intercipit opida. *Saxoniæ Elector* occupat *Luſatiam. Buquojus* recipit *Moraviam.* Ad *Pragam* in *Monte Albo* prælio commiſſo, Bohemi à *Maximiliano Bavaro* ſuperantur. A. 20.

XXI. Philippo III. Hiſpano defuncto ſuccedit *Philippus IV. Fœderatorum* Principum *unio* expirat. *Induciæ Belgicæ* finiuntur. *Palatinus Elector* aliique Principes proſcribuntur. Pragæ de regni próceribus ſumitur ſupplicium. *Bavariæ* Dux *Palatinatus Superioris* opida ſub ſuam redigit poteſtatem. *Gabriel Bethlemus* Hungariæ infeſtus eſſe pergit *Hungari* per Auſtriam graſſantur. *Weſteraviam* miles Hiſpanus occupat. Sueciæ Rex *Guſtaphus Adolphus Rigam* A. 21.

capit,

capit. *Turcæ* Imperatore Oſmanno, bellum inferunt *Polonis*: ſed poſt acceptam cladem pacem ineunt. Paulo V. mortuo ſuccedit *Gregorius XV.*

A. 22. XXII. *Chriſtianus Dux Brunſvicenſis*, Epiſcopus Halberſtadenſis in Weſtphalia multa occupat oppida: ad Hœchſtam prælio vincitur. Poſt Mansfeldio junctus in *Brabantia* ad pagum *Fleru* cum Hiſpanis confligit, perrumpſitq; ad Belgas fœderatas, & *Bergopſonam* obſidione liberat. *Marchio Badenſis* ad *Wimpfenam* profligatur. *Bethlehemus Gabor* poſito diademate Hungarico, *Imperatori reconciliatur.* Tillius invadit *Palatinatum*, & expugnat *Heidelbergam*, & reliqua Palatinatus oppida ſubigit. *Juliacum* deditur Hiſpanis. Conſtantinopoli *Oſmanno* per tumultum occiſo, *Muſtapha* ex carcere productus iterum fit Imperator.

A. 23. XXIII. *Electoralis dignitas Maximiliano Bavaro* confertur. *Conju-*

*ratio*

*ratio* in *Mauritium* Auriacum aperitur. *Frankenthalium* opidum munitiſſimum Hiſpanis in *ſequeſtrationem* deditur. *Chriſtianus Dux Brunſvicenſis* à Tillio ad *Statlonam* vincitur. Muſtapha ſe abdicat imperio, illudqve transfertur in *Amurathem IV.* Achmetis filium, occiſi Oſmanni fratrem. Gregorio XV. defuncto in papatu ſuccedit *Urbanus IIX.* præfuit annos 21. *Carolus Walliæ Princeps* in Hiſpaniam proficiſcitur matrimonii causâ: ſed re inſecta redit.

XXIV. *Tartarorum* multa millia cæduntur à Polonis. *Maximilianus Bavarus* à Collegio Electorali recipitur Sleuſingæ. *Marpurgenſis* ditio redditur Principi Darmſtatino. *Walliæ Princeps* pro Palatino arma ſumit. *Marcus Antonius* de *Dominis* Archiepiſcopus Spalatenſis Romam reverſus, in carcere defunctus cum libris crematur. *Paſtores* & *Ludimagiſtri* Evangelici Auſtriâ ejiciuntur. A. 24.

XXV.

Bagdad, quæ vulgò creditur Babylonia, ingentem à Perſis accipit cladem *Joh. Erneſtus Vinavienſis* pro Dano bellum gerit in Sileſia & Moraiva. *Guſtavus Adolphus*, *Sueciæ* Rex invadit *Pruſſiam*.

XXVII *Ferdinandus* III. ad Bohemiæ regnum promovetur. *Auſtriâ* ejiciuntur *Evangelici*. Ingens contingit *terræ motus* per *Apuliam* ad 200. milliaria Italica ſe extendens. *Fridlandus* invadit *Holſatiam*: & porrò *Daniam*. *Guelpherbytum* & *Nienburgum* deduntur Cæſareanis. *Rupella* à Galliæ Rege obſidetur. *Fridericus Henricus* Auriacus expugnat *Grollam*. *Mauritius* Haſſiæ Landgravius regimen cedit filio ſuo Wilhelmo. Ferdinandus Imperator cum *Amurathe IV.* pacem init. A. 27.

An. XXIIX. *Vicentio Mantuano* Duce ſine prole defuncto, *in Italia* bellum exarſit ob ſucceſſionem inter *Carolum Niverniæ* Ducem; & *Hiſpaniæ Regem Sabaudiæq;* *Ducem*. *Caſala* à Gubernatore A. 28.

Me-

Mediolanenſi obſidetur. *Suecus* in *Pruſſia* bellum porrò gerit, *Crempa* deditur Fridlando & *Stada* Tillio *Stralesſunda* ab Arnhemio & Fridlando obſidetur, *Rupella* poſt diuturnam eamque duriſſimam obſidionem Regi ſuo ſe ſubmittit. *Claſſis Hollandica* ductu *Petri Hayn* Hiſpanorum naves argento onuſtas intercipit, prædaque ingenti potitur, *Hanibal à Dohna* Baro Romano-Catholiciſmum in Sileſia promovere acerrimè ſtudet.

A. 29. An. XXIX. *Cæſar bona Eccleſiaſtica* poſt Tranſactionem Paſſavienſem occupata publico decreto repetit. *Pax* inter Imperatorem & Daniæ Regem firmatur Lubecæ. Miles Cæſareanus movet in *Italiam*. Polonus cum *Sveco inducias* init in ſex annos. *Silva Ducis* Belgis fœderatis deditur: *Veſaliaq;* ab iisdem ſtrategemate intercipitur.

A.30. A. XXX. Sueciæ Rex *Guſtavus Adolphus* movet in Pomeraniam; cui

cui Stetinum deditur. *Mantua* expugnatur à Cæſareanis. *Hamburgenſes* portorium Glukſtadienſe impugnant. *Dux Wurtenberg.* reddere cogitur *cœnobia.*

Anno. XXX. *Lipſiæ conventum* agunt Proteſtantes. *Magdeburgum* expugnatur, & perit incendio. Ad *Lipſiam* Suecus & Saxo *Tillium*, Cæſareum exercitus ductorem, acie ſuperant & profligant. *Ragotzius* obtinuit Tranſilvaniam. A. 30.

A. XXXII. *Treverenſis Archiepiſcopus* in tutelam Galli ſe tradit. *Fridlando* ſummum in militia imperium committitur â Cæſare. Ad *Lutzenam* cruentum committitur *prælium*, in quo ipſe Rex *Sueciæ & Papenheimius* cadunt. *Tillius* ex vulnere ad *Rainam* accepto moritur Ingolſtadii. Sigismundus III. Poloniæ Regi poſt 45. regiminis annos defuncto ſuccedit *Uladislaus IV.* regnatque annos 16. Belgæ occupant *Verilbam.* A. 33.

An.

A. 33. Ann. XXXIII. *In Conventu Heilbrunnenſi* & *Francofurtenſi* Suecicum fœdus cum Proteſtantibus firmatur *Oxenſternius* bellica conſilia dirigit. *Georgius* Dux Luneburgicus, prælio ad *Hamelam* victor, ipſam capit urbem, & deinde *Oſnabrugam*. *Bernhardus Vinarienſis* occupat *Reginoburgum*; & *Auriacus Reinbergã*. *Arnheimius* Saxonis Electoris Dux bellicus bellũ gerit in *Sileſia*. *Lotharingius* Suecicos invadit milites; ſed ab iisdem ad *Pfaffenhoviam* profligatur, à Gallicæ Rege etiam hoſtis declaratus.

A. 34. Ann. XXXIV. *Friedlandus Egræ* tollitur è medio. *Ferdinandus III. Hungariæ Rex*, Reginoburgo expugnato, ad Nördlingam prælio vincit Fœderatos; quorum Duces erant *Vinarienſis & Hornius*. *Georgius Dux Luneburgicus Hildeſiâ & Mindâ* potitur. Poloniæ Rex Vladislaus obſidionem urbis *Smolensko* ſolvit: & Muſcovitas ad pacem petendam compellit.

An.

An. XXXV. Saxo cum Cæſare tranſit *Pragæ*; ejusque pacis conditiones multi Imperii Ordines accipiunt. *Galliæ Rex* bellum denunciat Jmperatori. *Philippiburgum* ſtrategemate intercipit Bambergerus. *Auguſtam Vindelicorum* deditione capit *Bavarus*: & Auguſtam Trevirorum cum *Electore Trevirenſi* Hiſpanus. *Suecus* & *Polonus* inducias paciſcuntur in 24. annos. Francofurto per tumultum ejiciuntur *Judæi*. A. 35.

Ann. XXXVI. Saxo ad *Witſtochium* cæditur â Suecis. Cæſareani, *Galloſſio* duce, invadunt Galliam. *Ferdinandus III.* in Comitiis Ratisbonenſibus *eligitur* in Regem Rom. Friderico Daniæ Regis filio *Archiepiſcopatus Bremenſis*, adſcribitur. A. 36.

An. XXXVII. *Obit Ferdinandus II.* Jmperator, eique ſuccedit *Ferdinandus III. Ehrenbraitſteinium* vulgò *Hermanſtein* Galli dedunt Cæſareanis. *Breda* expugnatur ab Hollandis. *Banerius*, ad *Torgavium* A. 37.

ob-

obſeſſus, elabitur. Vladislaus Polonus *Coſaccos* rebelles ad officium armis cogit.

A. 38. An. XXXIIX. *Cæſareani* ſub Gallaſſio â Suecis *Pomerania* pelluntur. *Hatzfeldius* in Weſtphalia profligat *Palatinos* Principes. *Bernhardus Vinarienſis*, uno anno duobus præliis victor expugnat *Briſacum*. Hollandi ad *Calloum* cæduntur. *Hanoviam* ſtratagemate interceptam recipit ejus Dominus.

A 39. An. XXXIX. *Bernhardo Vinarienſi defuncto*, ejus miles ſacramentum dicit Gallo. *Banerius* Saxoniam, Miſniam & demum *Bohemiam* invadit. *Scoti* ob novos in ſacris ritus tumultuantur. *Gallus* expugnat *Hesdinum* & *Turca* urbem *Bagdad*. *Trompius* Belgarum fœderatorum Dux Mavitinius ad Angliæ litora *Claſſem Hiſpanicam* disjicit.

A. 40. XL. *Sueci* è Bohemia repreſſi ad *Salam* caſtra ponunt: eisdem laborantibus ſuccurrunt *Luneburgi-*

*burgicus, Haſſus & Longevillanus;* qui ſua ad *Wildungam* caſtra opponunt Cæſareanis ad *Furslaviam* ſedentibus. *Portugallia & Catalonia* ab Hiſpano deficiunt. Gallus expugnat *Atrebatium vulgò Arras. Ibrahim* Amurathis frater, ad Turcicum evehitur Imperium.

An. XLI. *Banerius in Palatinatum* ſuperiorem movet *Comitia* turbaturus *Reginoburgenſia;* ſed cum ſuorum clade rejicitur. Ad *Salam* caſtra locat, obitque Halberſtadii. *Wolferbytum* à Fœderatis obſidetur; ad quod acre cum Cæſareanis committitur prælium. *Hohentweila* fruſtra à Cæſarianis obſidetur. Obierunt *Ferdinandus Infans Cardinalis, Belgii Gubernator: Georgius Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis* Hildeſiæ: atque *Otto Comes Schauemburgicus* ſtirpis ſuæ poſtremus. A. 41.

A. XLII. *Cardinalis Richelius* obit & *Galliæ Rex Ludovicus XIII* poſt 23. annorum imperium. A Vinarienſibus & Haſſis acie ſuperatur A. 42.

*Lamboius*. Ad *Lipſiam* denuò victoria, & ipſa urbe potiuntur *Sueci Torſtenſohnio* duce. *Freiberga* tamen Miſnenſis ejus obſidionem fortiter tulit in ſequentem usque annum, quo ineunte liberata eſt. In *Anglia* bellum contra Regem decernitur. *Lubecæ* & *Hamburgi* pacis negotia ſuſcipiuntur.

A. 43. An. XLIII. Gallo-Vinarienſes ad *Dutlingam* inopinato opprimuntur à Bavaro. In *Italia Parmenſe bellum* cum *Pontifice* exoritur. *Galli* ad *Rocrojam* Hiſpanos acie ſuperant, cruentaque victoria potiuntur: & *Theonis villam* expugnant. *Crocovius* Cæſarianus Dux invadit Pomeraniam: Sed à *Königsmarchio* ejicitur. In fine hujus anni *Torſtenſohnius* cum exercitu ſuo in *Holſatiam*; & inde porrò in *Jutiam* movet, & reſiſtere conantes Danos disjicit.

A. 34. An XLIV. Dum Sveci bello diſtinentur Danico, Cæſareani nonnulla per *Sileſiam* & *Moraviam* recu-

recuperant loca. Bavarus *Uberlingam* recipit. Dum verò *Friburgum* expugnat, Galli *Anguienſi* duce, temerario auſu Bavaros in caſtris probè munitis adoriuntur. Deinde Philippiburgum, Wormatiam Spiram aliaque ad Rhenum loca ſubigunt Aurelianenſis Dux Grevelingiam Flandriæ urbem obſeſſam capit. Inter *Danos* & *Svecos* terra marique pugnatur vario Marte. Hornius Svecus Scaniam invadit, cui Rex Daniæ ſuas opponit copias. *Gallaſſius* cum Cæſareanis movet in *Holſatiam*, & Torſtenſohnii copias jam interclusas dimittit & inſequitur; ſed caſtris ad *Bernburgum* poſitis, ex inſtructisſimo exercitu paucos reducit in Bohemiam. *Königsmarckius* invadit Epiſcopatum *Bremenſem*. *Ragotzius* Tranſilvanus movet in *Hungariam*; expugnatque *Caſchaviam*, cui opponitur *Buchhemius*:

An. XLV. *Daniæ Rex* cum *Suecis* *pacem* init; & *Cæſar* cum *Tranſilva-* A. 45.

*no. Hatzfeldius*, Cæſareanorum Dux, à Torſtenſohnio ad *Jancoviam* in Bohemia acie ſuperatur & capitur. Bavari, Mercio duce, Gallo-Vinarienſes ad *Mergenheim* vincunt, Ad pagum *Allersheim* iterum pugnatur acerrimè, & Anguienſis *Mercium* profligat. *Bellum* inter utramque *Haſſorum* domum exoritur. Venetorum inſulam *Candiam* invadit Turca. *Caneamque* urbem expugnat. *Hulſta* deditur Fœderatis Belgis. In *Anglia Laudus Epiſcopus* ſecuri percutitur; Regisque exercitus aliquoties ſuperantur. *Thorunienſe* indicitur *colloquium*. In *Moſcovia* Michaeli Fœderovvitzio defuncto ſuccedit filius *Alexius Michalovitius*; qui *Waldamarum* Comitem ſtatim dimittit.

A. 46. An. XLVI. *Ferdinandus IV. Bohemiæ* conſtituitur Rex, & inauguratur. *Wrangelius* Torſtenſohnii in militiæ præfectura ſucceſſor capit *Hæxſteram* ad Viſurgim. In Haſſia ad *Amænoburgum* & *Kirchhainam*

*bainam* infeſta collocantur Cæſarianorum & Svecorum caſtra, Svecisque laborantibus, longo itinere confecto, ſuccurrunt Galli. Inde *Sueci* per Sveviam movent in *Bavariam*, *Rainam* expugnant, fruſtraque obſident *Auguſtam* Vindelicam, & progrediuntur ad *lacum* usque *Brigantinum*. Galli, Anguienſi duce, potiuntur *Duinkerka*. In *Anglia* fortuna Regem *Carolum* deſtituit; quia, rebus deſperatis, in caſtra profugit Scotorum; ipſaque *Oxonia* cum multis proceribus Fairfaxio deditur.

An. XLVII *Wrangelius* occupat *Brigantium*: ſed *Lindavium* fruſtra oppugnat. *Pactis* cum Bavaro *induciis*, in Bohemiam movet; *Egramque* ad deditionem compellit. *Melander*, alias *Holtzapfel*, Cæſarianorum dux, Wrangelium cedentem inſequitur, ac dimittit. *Marpurgo* capto, copias ſuas per Haſſiam collocat in hibernii. *Bavarus* poſt 6. menſium A.47.

ſpatium *induciis Svedicis renunciat.* *Vinarienſis* exercitus *veterani* equites, à *Turennio* injuria affecti, ad Königsmarchium tranſeunt. *Ferdinando IV. Hungariæ* diadema imponitur. *Thoma Aniello* piſcatore autore, *Neapolitani* arma contra Proregem corripiunt.

A. 48. An. XLVIII. *Wrangelius* ex hibernis exſurgens Gallorum copiis junctus invadit *Bavariam.* His dum reſiſtunt Cæſariani, *Melander* ex accepto in conflictu vulnere *obit.* Sueci ad *Waſſerburgum* usque penetrant; quos Cæſariani, collectis denuo viribus, rejiciunt: Sed *Lamboius* in agro *Colonienſi* vincitur ab Haſſis. *Königsmarchius* arcem *Pragenſem* intercipit, magnasque prædas agit. Inde reliqua etiam urbs oppugnatur; dum nuntii pacis, Monaſterii & Oſnabrugæ initæ, arma, ponere jubent. *Magnum igitur & ingens Germaniæ bellum, quod ante xxx. annos Pragæ in Bohemia fuerat exortum, ad eandem deſinit.* Pax inter

inter *Hiſpanos & Belgas* Fœderatos jam erat conſtituta. *Hamburgi* D. Catharinæ turris dejicitur turbine. *Fridericus Brunſvicenſium & Luneburgenſium* Dux ſenio confectus obit. In *Polonia Vladislaus Rex moritur.* Et in *Dania Chriſtianus IV.* cui ſuccedit filius Fridericus III. *Ibrahim* Turcarum Imperator occiditur; in cujus locum ſuffectus ipſius filius *Mahometes IV.* qui rebus Turcicis hodie præeſt.

An. XLIX. In *Polonia* à Proceribus regni Rex conſtitutus *Johannes Caſimirus* contra rebelles movet *Coſaccos*. *Norimbergæ* conveniunt Legati de *Executione pacis* conſulturi. *Carolus I.* magnæ Britanniæ Rex *ſecuri* percutitur: ejusque filius *Carolus II* Rex proclamatur in *Scotia Cromwelli* legatus *Dorislaer* Hagæ Comitis à non nullis perſonatis in diverſorio occiditur. A.49.

An. L. *Norimborgæ* decreta pacis firmantur, & dantur executioni. A. 50.

tioni. *Veneti* contra Turcas & terra & mari ſtrenuè pugnant. *Chriſtina* Sveciæ Regina coronatur. *Gallia* ob Principes in cuſtodiam traditos inteſtinis concutitur motibus.

A. 51. An. LI. *Elector Brandenburgicus* bellum movet Neoburgico Palatino. In *Gallia* captivis Principibus cuſtodia ſolutis, *Cardinalis Mazarinius* proſcribitur: ſed poſt à Rege, annum decimum quartum ingreſſo, in regnum revocatur. *Condæus* in regem armat. In *Scotia Carolus II.* coronatur, qui Angliam cum exercitu ingreſſus ad *Vigornium* à Cromwellio acie ſuperatur, & clam ex regno profugit. Inde *Scotia* ab Anglis ſubigitur. *Poloni* Tartaros & Coſaccos ad *Bereſteczkovium* cædunt & profligant.

A. 52. An. LII. *Frankenthalium* reſtituitur Electori Palatino. Novus apparet *Cometa*. In ſtabilienda *novæ reipublicæ forma Angli* ſunt toti. Regiaque poteſtate abroga-

ta

ta *Cromwellius* Reip. fit *Protector.* *Elector Treverenſis* moritur. *Comitia* Reginoburgenſia indicuntur. In *Gallia ad Cardinalis reditum civiles diſcordiæ* denuò & vehementius concitantur, ducibus præcipuis *Condæo & Aurelianenſi.* *Bellum* inter *Anglos & Fœderatos Belgas* oritur.

An. LIII. *Ratisbonæ* inauguratur *Ferdinandus IV.* modò *Auguſtæ* electus: ſed anno mox ſequente moritur. *Anglorum & Belgarum* acerrimæ *pugnæ navales* contingunt. *Peſtilentia* invadit *Dantiſcum* & *Regiomontum* Pruſſiæ urbes. *Comitia Reginoburgenſia* ſolvuntur. A. 53.

An. LIV. In Belgio *conſpiratio* adverſus Hiſpanos detegitur. *Lotharingiæ Dux* in cuſtodiam traditus, mittitur in Hiſpaniam. *Condæus* Hiſpanorum amplectitur partes. *Konigsmarchius* adverſus urbem *Bremenſem* bellum gerit & conficit. *Chriſtina* Sueciæ Regina regno ſe *abdicat*: eligiturque & coronatur *Carolus Guſtavus* A. 54.

 Pala-

Palatinus. Rex *Galliæ* inauguratur. *Pax* inter *Anglos & Belgas* conſtituitur, & Protectoris *Cromwellii* potentia ſtabilitur. Magna in ſole fit *eclipſis*. *Ferdinandus IV.* obit. *Hafniam* & *Muſcoviam* affligit peſtis. *Moſcovitæ* invadunt *Lituaniam*, expugnantque *Smolenſcium*. Galli, *Eſtenaviâ* expugnatâ, *Atrebatium*, vulgo *Atrecht*, ſive *Arras*, obſidione liberant, ingentemque Hiſpanis inferunt cladem. Circa finem anni Galli, *Guiſio duce*, invadunt regnum *Neapolitanum*: ſed rejiciuntur Eodem tempore moritur Pontifex *Innocentius X*, *quum præfuiſſet ann. X.*

An. 55 An. LV. Poſt 90. dierum vacationem, & 80. dierum conſultationes, tandem Pontifex eligitur *Fabius Chiſius Senenſis, dictus Alexander VII.* *Sueci* movent in *polonos*, bellū deprecantes; Caliſinenſis, Poſnavienſis & Cujavienſis Palatini ſeſe ſubmittunt Suecis, eoſque recipit Warſavia, Cracovia, Theruni-

runium, Elbinga. *Chriſtina Regina* religionem amplectitur Romano-Catholicam. *Muſcovitæ* expugnant *Vilnam*. *Leopoldus Ignatius* in *Hungariæ* Regem eligitur & inauguratur. In *Italia* Galli *Ticinum*, vulgo eſt *Pavia*, obſidentes cum clade rejiciuntur.

An. LVI. Motus exiſtunt civiles in *Helvetia*: qui tamen eodem anno componuntur. *Brandeburgicus* Elector cum Suecorum Rege tranſigit. *Warſaviam* Poloniæ Rex recuperat. Haud procul Warſavia à Sveco-Brandeburgicis: & Polonorum copiis ingens & cruentum committitur prælium. *Moſcovitæ* invadunt *Livoniam*: & fruſtra *Rigam* oppugnant. *Valentinianæ* à Gallis obſeſſæ, liberātur cum ingenti iſtorum clade. Hungariæ Regi *Leopoldo Ignatio* diadema *Bohemicum* imponitur. *Johannes Georgius Saxoniæ Elector* obit. An. 56

An. LVII. *Ferdinandus III.* moritur. Traſilvaniæ Dux *Ragotzius* movet in *Poloniam*: ſed, amiſſo exercitu, A. 57

ercitu, cum paucis elabitur, & ad ſua revertitur. Fridericus III. *Rex Daniæ* invadit *Bremenſem Ducatum Voerdamq;* expugnat. *Copiæ Auſtriacæ* ſubſidio veniunt Polonis. *Cracovia* recuperatur. *Electori Brandenburgico* convenit cum *Poloniæ Rege. Sueciæ Rex* ex Polonia rediens invadit *Holſatiam*; & Danos pellit Ducatu *Bremenſi Værdam* tamen fruſtra obſidet. VVrangelius intercipit *Friderici Oddam*. Epiſcopus Monaſterienſis obſidet *Monaſterium* VVeſtphaliæ urbem *Francofurti conventu* agitur de eligendo Imperatore.

A. 58. An. LVIII. Sueci occupant *Fioniam* inſulam: indeque per glaciem profecti *Sialandiam*, & ad pacē adigunt Danos: quæ 17. Feb. initur *Rotſchildæ*. Sed menſe Auguſto Sueciæ Rex cum copiis ſuis denuo invadit Sialandiã, expugnat *Coronæburgum*, ac obſidet *Hafniam*; cui laboranti dum cōmeatum & ſuppetias fert claſſis Belgica, in ipſo freto Danico pugna cōmitti

tur

tur navalis. Copiæ *Brandenburgicæ* & *Auſtriacæ* in Holſatiam adverſus Suecos movent: eosq; Holſatia & Jutia ejiciunt. *Curlandiæ Dux* circumventus à Suecis capitur; Rigamq; deducitur. *Duinkerkam* capiunt Galli & Angli, eademque his conceditur, alia quoqve Flandriæ loca occupant Galli. Francofurti d. 8, 18. Julij in Regem & Imperatorem Rom. eligitur *Leopoldus Hungariæ & Bohemiæ Rex. Olivier Cromwell* Angliæ *Protector* moritur, eique ſuccedit filius *Richardus. Coſacci* rebelles, Wyhoskio Polonorum duce, ſuperantur. *Thorunium*, poſt diuturnam obſidionem menſe decembri Polonorum Rex recuperat.

An. LIX. Nocte illa, quæ inter diem 11. & 12. Febr. intercedit *Hafniam Sueci* oppugnant, multisqve ſuorum deſideratis rejiciuntur. *Coſacci* Polonis conjuncti profligant *Muſcovitas* ad Konothopiam. *Graudentiam* recipiunt Poloni; & *Mariæburgum* obſident. A. 59.

*Coldinga* Curlandiæ oppidum à Polonis ſimul & Brandenburgicis recipitur. Elector Brandenburgicus cum fœderatis copiis movet in *Pomeraniam*: ab his, capto *Dammo*, *Stetinum* in tertium ferè menſem obſidetur. *Demminum* à Brandenburgico Electore expugnatur: tentaturque Greifswaldia. Menſe Novembri, *Fionia* inſula à Danis & Fœderatis *Eberſteinio* & *Schackio* ducibus, occupatur; & copiæ Suæcicæ ad *Nyburgum* acie ſuperantur. Inde ab iisdem *Langelandia*, *Taſſinga*, *Aroe* inſulæ recuperantur. In regno Neapolitano fit *terræ motus*, qvo cœnobium, ac ædificia haud pauca everſa. *Hiſpaniæ* & *Galliæ* Regum miniſtri ſummi *pacem* inter utrumque hunc Regem paciſcuntur: & *Lotharingiæ Dux Carolus* è cuſtodia Hiſpanica dimiſſus redit in Galliam. In *Angliâ* milites *Parlamentum* ſolvunt. *Veneti* res præclare adverſus *Turcas* terrâ mariqúe gerunt. *Coſacci* poſt

poſt fidem Polonis datam, denuò rebellant, ſeſeque dedunt *Muſcovitis*; qui iterum invadunt & populantur terras Polonicas. *Ragotzius Tranſilvanus* à Turcis vincitur & vulneratur. *Hauptum* ſive *Hoftum* caſtellum à Dantiſcanis obſidetur, & deditionem facientibus Suecis, capitur, menſe Decembri.

LX. Annum hunc *Conciliatorem pacis* jure adpelles. Ea enim inter *Hiſpaniæ & Galliæ Reges* ſuperiori anno facta matrimonio firmatur, quod *Ludovicus XIV.* Rex Galliæ cum Philippi IV. Hiſpaniæ Regis filia iniit. Bellum etiam, quod erat *inter Cæſarem, Poloniæ Regem, Electorem Brandenburgicum* fœderatos; & *Suecos*; itemque inter hos & *Danos* componitur. *Britanniæ Rex Carolus II.* magno populi Anglicani ſtudio in regnum reducitur. *Churlandiæ Dux* ex captivitate dimiſſus ad ſua redit. *Mitaviam* tamen Poloni, Suecis ejectis, circa anni initium A. 60.

tium jam recuperant. *Maſſilienſes* ſæpe rebelles ſub Regis ſui rediguntur poteſtatem. *Dux Aurelianenſis* moritur menſe januario: & februario *Sueciæ Rex Carolus Guſtavus*. *Condæus* Princeps Regi ſuo conciliatur. *Juliacum* opidum munitum ab Hiſpanis traditur *Palatino Neuburgico*. *Arauſionem* Arauſiaci Principis in Narbonenſi Gallia opidum munitiſſimum Rex Galliæ in tutelam accipit, mœnibusque nudat. Pacis inter Hiſpanos & Gallos initæ incommoda ſentit *Papa Romanus*: *Ducatum* tamen *Caſtrenſem* Petri patrimonio adſcribit. *Veſuvius mons* accenſus flammas, cineres & lapides evomit. *Galata* ſeu *Peram* Conſtantinopolis ſuburbium fortuito perit incendio; ac deinde magna ipſius urbis *Conſtantinopolis* pars eandem ſentit calamitatem. In Lituania *Moſcovitæ* vincuntur à Polonis inter Scolonim & Lachowitz Czarneckio Duce. *Veneti* in Candia rem adver-

adverſus Turcas primùm proſperè gerunt; ſed deinde nimia prædæ cupido in cauſa eſt, ut calamitate accepta ad Candiæ urbis mœnia rejiciantur. *In Portugalliam* armat copiasque contrahit *Hiſpanus*. *Monaſterium* Weſtphaliæ urbs ab Epiſcopo ſuo iterum obſidetur, ſed opidani acriter reſiſtunt. *Ragotzius* Tranſilvanus ad Claudiopolin ſive Clauſenburgium â Turcis victus, ex vulneribus ibi acceptis obit Varadini; Princeps infelix, qui, dum invaſit aliena, amiſit ſua. *Barkajus* â Turcis Tranſilvaniæ conſtituitur Princeps; cui ſe opponit *Johannes Kemenius*, vulgo, *Kemini Janos*, Ragotzii defuncti dux, qui ab Ordinibus Tranſilvaniæ *Princeps* acceptus. Turcæ aliquot in Tranſilvania expugnant loca munita; & in his *Varadinum*. Terræ motus fiunt in Gallia. Tumultus conflatur Jenenſis, quo aliqui pereunt ſtudioſi. *Chriſtina*, Regina redit in Sue-

Sueciam. *Gymnaſium Luneburgicum* aperitur. *Dantiſcum* peſtilentia infeſtatur. *Daniæ Regi Friderico III.* libera & abſoluta omnia adminiſtrandi poteſtas ab Ordinibus offertur,&jus hæreditarium ad regna illa familiæ regiæ confirmatur. *Moſcovitarum exercitus* Zeremetio Duce in Polonia ad incitas redactus deditionem cogitur facere. *Arx Vilnenſis* in Lituania obſidetur á Polonis in ſequentem usque annum. *Principis Auriaci mater*, Angliæ Regis ſoror, moritur in Angliâ *Franciſcus Joſephus Borri* Mediolanenſis novæ hæreſeos ab inquiſitione damnatur primum Romæ: & ſequenti anno Mediolani, ejusque effigies, quum ipſe evaſiſſet, ibidem publice exuritur.

A. 61. LXI. Circa finem anni nuper elapſi, & maximè circa initium currentis ingentes paſſim contingunt *terræ motus*;unde frementes & violenti enati *venti* univerſam concutiunt Europam, magnum-

gnumque numerum navium in ipſis adeo portubus maximè Hollandiæ & Hiſpaniæ evertunt. Inde conflatus adparet *cometa*, *Mazarinius* Cardinalis in Galliâ moriens hæredem maximorum bonorum conſtituit Regem. *Maroccenſes* in auxilium Portugalliæ Regi profecturi à Fezenſibus dicuntur cæſi. In *Anglia* reſtituuntur *Epiſcopi* & antiqua regiminis forma reducitur. *Dux Aurelianenſium*, Regis frater, matrimonium init cum ſorore Regis Angliæ. *Monaſterium Urbs* Weſtphaliæ ad arbitrium Epiſcopi ſui ſeſe componere militemque recipere cogitur, cui caſtellum, ad opidanos in officio retinendos, imponitur. *Nicolaus Zriny*, vulgò *Serin* Croatiæ Banus in Turcas ſæpe excurrens prædas agit, & caſtellum in inſula ſua munit nominatque *Zrinsward*. *Kemini Janos* Barkaium, conſtitutum à Turcis Principem Tranſilvanum, capit, & cum fratre occidit. In *Anglia* homi-

homines fanatici, qvi novas concitabant turbas, Londini ſupplicio afficiuntur: neque tamen reliqvi turbare deſinunt: *Angliæ Rex coronatur*, & priſca regiminis forma reducitur: Regisque matrimonium cum Portugalliæ Regis ſorore decernitur. A *Chinenſibus* inſula *Formoſa*, trucidatis & ejectis Belgis occupatur. *Turcæ* invadunt Tranſilvaniam, capiuntque Portam ferream & *Nagibaniam*, vulgò Ungriſch Neuſtadt: fruſtra tamen tentat *Zatmariam*. *Pirati Africani* mare, præcipuè internum, undiqve infeſtum reddunt. *Chriſtiano VI.* Daniæ & Norvagiæ Principi hæreditario, juramentum ſive homagium dant Norvagi. *Claſſis Anglicana piratos* Africanos coërcere fruſtra nititur. *Malaga* Hiſpaniæ urbs ingentes tolerat calamitates ab aquis. *Veneti Turcarum claſſem* Caneæ opido ſuppetias laturam vincunt & diſjiciunt. In Anglia *Hiſpaniæ & Galliæ Regum Legati* ob primas, ſive *de* præ-

*præcedentia* contenaunt. Exercitus Regis Hiſpaniæ movet contra Portugallos; verum nimio aeris æſtu impeditus, parum promovet. *Milites Cæſariani* proficiſcuntur in Hungariam & Tranſilvaniam. In Gallia *Reformatorum* deſtruuntur templa. Regi huic naſcitur filius primogenitus ſive *Delphinus*: & Hiſpaniæ Regina parit filium, qui locum nuper defuncti ſupplet: filius etiam paritur Palatino Neuburgico. In Anglia nova detegitur conjuratio. *Milites Poloni & Lituani ſœdus* inter ſe faciunt; ex quo multa mala utrique genti ſunt enata. *Zarnetzkius* Polonorum Dux, Regi fidelis, Moſcovitas ſub Cowanskyo duce, haud longè à Polotzko, vincit. *Grodno, Mohilo*, & *arx Vilnenſis* in Lituania, itemque *arx Counenſis* à Polonis recuperantur. *Peſtilentia ſævit Regiomonti.* *Turcæ* magnam partem *Tranſilvaniæ* ſubigunt, novumque ibidem Principem conſtituunt *Michae-*

*chaelem Abaffy*: Cæſarianus miles, inopia laborans, & morbis debilitatus in hibernia ſecedit. Sueci *Varnæ oſtium* iterum muniunt: pacemque ineunt cum Moſcovita. Papa *Bullam* edit, qua decernit ac definit *beatam Virginem Mariam ſine peccato originali fuiſſe conceptam.*

A.62. LXII. *Muſcovitæ* Tartaros cædunt. *In Polonia milites fœderati* ſub duce *Schwiderskio* arctius ſeſe conſtringunt; & ex iis aliquot millia Pruſſiam ingrediuntur, tributaqve exigunt. Turcis in hiberna cedentibus, *Kemeni Janos Abaffjo* negotium faceſſit: ſed à ſuis proditus interficitur: *Strigonium* ſive *Graan* ab Hungaris ſtratagemate fruſtra tentatur; ſicut & *Dotis* à Turcis. Serinii Comites Turcicas vexant regiones: & *Cæſariani milites* in Hungaria *inopia & peſtilentia* pereunt. *Tingi*, vulgò *Tanger*, Africæ oppidum maritimum, à Portugallis traditur Anglis. Nonnullæ provinciæ Galliæ dura affliguntur annonæ caritate.

Foga-

*Fogaras* Tranſilvaniæ caſtellum Turcas recipit. Belgæ Fœderati piratas Africanos perſequuntur; & demum cum iis, ne faciant piraticam, paciſcuntur (qvid ſi cum agricolis fuiſſent pacti, ne ararent; aut cum mercatoribus, ne mercaturam facerent; aut cum piſcatoribus, ne piſcarentur!) cum iisdem tamen piratis deinde quoque tranſigunt *Angli.* Archiepiſcopus Colonienſis *Synodum* celebrat *Coloniæ.* Oſnabrugenſi Epiſcopo defuncto ſuccedit *Erneſtus Auguſtus Dux Brunſvicenſium & Luneburgenſium.* Turcæ in Tranſilvania dominantur; ab iisqve occupatur caſtellum *Deva:* & *Abaffy* dominatus ſtabilitur. *Waldenſes* in Pedemontio perſequitur Sabaudus. *Stralſundii D. Jacobi templum* fulmine incenſum perit, cujus flamma qvoqve corripit templum *D. Nicolai.* Fœdus faciunt Rex Galliæ & Belgæ fœderati. *Pax inter Svecos & Moſcovitas* inita datis utrinque juramen-

mentis Holmiæ firmatur. *Paſſavium* fortuito incendio ferè totum perit. *Roſtochium* fidelitatis juramentum, ſive *homagium* jurat *Chriſtiano* Meklenburgenſium Duci. *Hiſpani* iterum invadunt Portugalliam, & nonnulla ibidẽ expugnant loca: & in his *Gurumenam, Montfortium, Ocratum, & Ugelam*: multi tamen ex Hiſpanis æſtu pereunt. Ipſe verò Hiſpaniæ Rex, ſubjecto pulvere pyrio, ferè interiiſſet. Regis *Angliæ Sponſa* ex Portugallia veniens in Angliam appellit; ibique celebrantur nuptiæ. In Gallia *ludi equeſtres* habentur magnifici. *Carolus Joſephus Archi-Dux Auſtriæ* ordinis Teutonici creatur Magiſter ſupremus. *Claudiopolis* ſive *Clauſenburgum* ab Abaffyo oppugnatur, ac diu fruſtra obſidetur: ſed ſuppetias Cæſariani ferunt obſeſſis. *Comitia Circuli Saxonici* celebrantur Luneburgi. In Anglia ſupplicio afficiuntur malefici, & nonnulli judices ex his, qui Re-

gem condemnarunt. *Regiomontani* cives in Pruſſia tumultuantur *Moſcovitæ*, Romadonofskyo duce, vincunt *Coſaccos*, qui Schmielinskyo duce obſidebant *Parcaslaviam*: ſed Moſcovitæ pòſt à Coſaccis & Tartaris viciſſim vincuntur. Mercatura in Ruſſia turbatur & affligitur propter monetam cupream. *Pletsko* grave tolerat incendium. *Ruricula* in Gallia rebellant. *Regis Portugalliæ mater* regimine movetur; ipſeque Rex regnum adminiſtrare incipit. *Galliæ Regis Legatus*, Dux de Crecquy à *Pontificis militibus* præſidiariis Romæ injuriâ afficitur, adeoque fere cum conjuge occiditur. *In Angliâ* priſca regiminis forma reducta multis diſplicet, ac præcipue Presbyterianis: qui inde non Conformiſtæ appellati: Res Eccleſiaſticæ ibidem difficillimè ſtabiliuntur. *Comitia* celebrantur *Reginoburgi*. *Polonia* infeſtatur *peſtilentiâ*

O *Ro-*

*Roma* terræ motu & tempeſtatibus tremit. Belgæ Fœderati cum Thunetanis etiam Piratis tranſigunt, & Angli cum Tripolitanis. Iidem *Belgæ* cum *Angliæ Rege* novum *fœdus* jungunt. In Tranſilvania *induciæ* fiunt inſidioſæ & infidæ. Galliæ Rex *Dünkerkiam* ab Anglis pecuniâ redimit: eique paritur filia, quæ tamen in hujus anni fine moritur. Arx *Leuth* à Belgis fœderatis expugnatur. *Nova conjuratio* in *Hibernia* detegitur. *Leopoldus Wilhelmus* Archi-Dux Auſtriæ 10. 20. Novembris moritur, & in fine anni *Ferdinandus Carolus* Archi-Dux Auſtriæ. Lithuanus miles fœderatus nefariè interficit Mareſchallum ſuum *Zeromskyum*; & Theſaurarium *Gonſevskyum*. Tumultus fiunt *Grœningæ* in Friſia. In *Anglia* de novis *conjuratis* ſumitur ſupplicium.

An. 63. LXIII. *Portugalli* acie vincunt Hiſpanos. *Couchinum* pri-

us;

us; ac deinde *Cananor*. Indiæ Orientalis opida. Portugallis eripiuntur ab Hollandis. Inter *Legatos Galliæ Regis & Pontificis de ſatisfactione* agitur, ob illius Legatum Romæ injuriâ affectum. *Galli* claſſem emittunt contra *piratos Africanos*. *Milites fœderati in Polonia* & *Lithuania*, fœdere ſoluto, ad officium redeunt. *Turcæ* denuo invadunt *Hungariam*; obſident & expugnant munitiſſimũ opinũ *Neuheuſel*, aliaque in Superiori Hungaria occupant loca. *Dygby* Cancellarii Regii accuſator ex Anglia profugit. Marſall Lotharingiæ caſtellũ Regi Galliæ deditur. Idemq; intercipit *Avenionẽ* Põtificis urbẽ. *Tartari* populantur *Moraviam & Sileſiam*. *Conjuratio* in Daniæ Regem aperitur; ac alia in Anglia. *Piratæ Africani* fidem ſervant piraticam: nec fœderatorum Anglorum aut Belgarum parcunt navigiis. *Electoris Brandenburgici* ſumma-

poteſtas *in Pruſſos* ſtabilitur, eique denuo juratur. Haffniæ in Dania *Sponſalia* celebrat *Johannes Georgius III.* Saxoniæ Princeps, Electoris filius, cum Daniæ Regis filia primogenita *Anna Sophia.*

An. 64. *LXIV. Sabaudiæ Ducis,* uxor, Henrici IV. filia moritur. *Waldenſes* perſequitur Sabaudus. *Algiria* urbs Africana tempeſtatibns concutitur. *Zeckelheida,* & *Claudiopolis* à præſidiariis militibus produntur & venduntur Abaffyo Tranſilvano. *Carolus Joſephus Archidux* Auſtriæ moritur. Copiæ auxiliares Imperii cum *Serinio Comite* Turcicas invadunt provincias, caſtella quædam expugnant, *pontem Eſſeccenſem* deſtruunt & exurunt: *Quinque Eccleſiarum* opidum diripiunt: *Caniſiam* fruſtrà obſident & oppugnant. *Neutriam, Levencium* Hungariæ ſuperioris opida à Cæſarianis, duce *Suſa,* eripiuntur

tur Turcis; iidemque ac Tartari eis juncti aliquoties profligantur. In Hungaria inferiore ad *S. Gotthardi fanum* 8000. Turcarum in Arrhabonis ſeu Rabæ fluvii tranſitu à Chriſtianis militibus trucidantur; Bellum hoc *induciis* in XX annos cum Turcis factis ſedatur. Dum iſta contra Chriſtianæ Fidei & Imperii hoſtes geruntur, Archiepiſcopus Moguntinus *Erfurdiam* etiam Gallo milite obſidet, & ſub ſuam redigit poteſtatem. *Suratta* Indiæ Orientalis urbs à latronibus diripitur & inceditur: qui tamen ab Anglis & Belgis, mercaturam ibidem exercentibus, reprimuntur. Poloni cædunt & profligant *Moſcovitas*. *Galliæ* Regi naſcitur *filius*. Turcarum quoque Imperator *Mahumedes IV filium* ex mancipio natum ſuſcipit. *PortuGalli* Hiſpanos cædunt. *Galli* Africam invadunt & caſtellũ *Gigerium* expugnant;

 ſed

ſed à Barbaris ejiciuntur. *Angli bellum* parant contra *Belgas* fœderatos, eorumque navigia haud pauca intercipiunt, & *Novam* in America *Belgicam* cum *Ambsdelodamo* novo iiſdem eripiunt: Belgæ verò *caſtellum promontario Viridi* impoſitum, ab Anglis nuper captũ, aliaq; nonnulla *Aureæ Guineæ* loca recipiunt. *Terræ motus* accidunt per Aſiam, quos ſentit Smyrna urbs; ac novus apparet *cometa.*

An. 65. Cum veris initio denuo apparet *Cometa.* Sereniſſimus Princeps *Chriſtianus Ludovicus* Luneburgenſium & Brunſvicenſiũm Dux piè obit. Moriuntur etiam *Sigismundus Archidux*, & Hiſpaniæ Rex *Philippus IV.* Huic ſuccedit *Carolus II.* puer. Exorto inter *Anglos* & *Belgas Fœderatos* bello pugna navalis menſe Junio ſæva admodum & cruenta committitur, majore tamen calamitate Belgarum quàm Anglorum: *D*einde hi navigiis Belgicis

gicis multis, mercibus onuſtis tempeſtateque disjectis potiuntur. *Monaſterienſis* etiam *Epiſcopus* Belgis iſtis infert bellū. *Hiſpani* ad Villam Novā à Portugallis cæduntur. *Polonia* turbatur *Lubomirskii* cauſa. Imperator noſter *Legatum* mittit Cōſtantinopolin ad confirmandas inducias, quæ cum Turcis nuper erant factæ. Inter *Archiepiſcopum Moguntinum* & *Palatinum Electorem* controverſiæ naſcuntur.

LXVI. Initio hujus anni mo- A.66.
ritur Galliæ *Regis mater* Philippi IV, Hiſpaniæ Regis, germana ſoror. A *Gallia Rege bellum* paratur & publicè denunciatur *Regi Angliæ*, quod idem etiam fit ab Anglis. *Alphonſus VI. Portugalliæ* Rex matrimonium paciſcitur cum *Maria Franciſca Iſabella Sabauda*, vulgò dicta *Madame d' Aumale*, quæ hoc anno in regnum & domum ducitur. Eiuſdem Regis Alphonſi mater

moritur. In comitiis *Polonicis* cauſa *Lubomirskiana* aliaq; gravamina agitantur: Regiæ copiæ cum fœderati militibus confligunt. *Ser. Principes Luneburgici* copias auxiliares contra Epiſcopum *Monaſterienſem* ſubmittunt *Belgis Fœderatis*. Bellum tamen iſtud mox componitur. Sed, quod Belgis eſt cum *Anglis*, acerrimè geritur: Claſſibus ingentibus utrinq; inſtructis in quintũ pugnatur diem, majore tamen calamitate Belgarum quàm Anglorum. Claſſe mox reparatâ ad Tameſis oſtium reverſi Belgæ, ab Anglis poſt acerrimum & cruentum prælium cum clade rejiciuntur. Hinc Angli portus obſident Belgicos & ad Flielandiam inſulam, multa *incendunt Belgarum* navigia mercibus onuſta. *Londinii* major & melior pars fortuito *incendio* perit: quam calamitatẽ ſequitur gravis *inundatio*. Nihilominus Angliæ Rex

bel-

bellum publicè etiam denunciat *Danorum Regi*; qui filiam ſuam *Annam Sophiam* in matrimonium collocat *Johanni Georgio* Electoris Saxonici filio, nuptiis Haſniæ celebratis. Sueci, Wrangelio Duce *Bremam* urbem *obſident*: verùm res illa, intercedentibus Principibus Imperii, componitur. *Auguſtus Sapiens* Brunſvicenſium & Luneburgenſium Dux obit. *PortuGalli* ab Hiſpanis cladem accipiunt, ſuorumq; aliquot millia deſiderant. *Violentiſſima tempeſtates* in Oceano pariter & Interno Mari multa evertunt navigia: & per Galliam ac Angliam vehementer ſæviunt. Anglorum claſsis *Barbadicis inſulis* imminens vi tempeſtatum disjecta à Gallis ſuperatur. Angliæ Rex cum ſua nobilitate, rejecto *habitu Gallico*, alium ſibi & ſuis fingit & ſumit. In *Scotia* & *Hibernia rebellantes* reprimuntur. *Pax* inter *Svecos & Moſco-*

*vitas* firmatur. *Galliæ Rex cœnobia* ingreſſuris novas præſcribit leges in recipiendis novitiis obſervandas. *Synodus* habetur in urbe *Moſcua Ruſſorum*, cui intereſt Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitani legatus. Impoſtor, qui ſe Judæorum *Meſſiam* mentitus, Mahumedanas amplectitur ſuperſtitiones. Aſiam ac præcipuè Meſopotamiam *terræmotus* concutiunt. Menſe Decembri *Leopoldus* Imperator Rom. *nuptias* magnificentiſſimo apparatu, maximaq; pompâ Viennæ celebrat cum *Margaritá* Philippi IV. Hiſpaniæ Regis filia.

An. 67. LXVII. *Inducias* faciunt *Poloni* & *Moſcovitæ*. *Tartari* cum *Coſaccis* populantur Poloniæ partes. *Pax* inter Archiepiſcopum *Moguntinum* & *Electorem Palatinum* conciliatur Heilbrōnæ. *Sabaudus* imminet *Genevenſibus*. Horribiles Dalmatiam & Albaniam accidunt *terræ-*

*mo-*

*motus*, quibus urbes *Butua* & *Raguſa* fere everſæ: ad XXX millia ædificiorum collapſa & deſtructa; & XIIX hominum millia periiſſe ſcribuntur. *Veſuvius* mons exardet. *Potoniæ Regina*, Electoris *Brandeburgici uxor*; & *Comes Oldenburgicus* añoſus diem obeunt ſupremum. *Alexander VII.* Pontifex Romanus moritur, quum præfuiſſet annos XII; in ejus locum ſufficitur *Clemens IX.* ex Roſpiglioſorum familia ortus. *Galliæ Rex* Ludovicus IV. *Hiſpanicis in Belgio provincius* bellum infert. & *Tornacũ*, *Duacum*, *Contracum* & *Inſulas*, Germanis *Ryſſel*, Flandriæ urbes, vi ad deditionem compellit. *Tartari* denuo excurſionibus vexant & populantur *Poloniæ* provincias. S. *Archangeli* urbs Moſcovitica ad Mare Album, & *Memmelium* Pruſſiæ oppidum maritimum incendio affliguntur. *Belgæ Fœderati* claſſe ſua *Tamoſin* fluvium ingreſſi a-

liquot Anglorum naves bellicas exurunt. *Pax* demum inter hoſce belligerantes & Belgarum ſocios *Regem Galliæ* & *Regem Daniæ* conciliatur. *Angliæ Cancellarius* Magnus à Parlamento accuſatus fugit in Galliam. Turcæ *Candiam* Cretæ metropolin acerrimè oppugnant. *Portugalliæ Regi* Alphonſo regni administratio abrogatur, atque ejus fratri *Petro* offertur, qui poſtea ipſam etiam reginam in matrimonium ſibi ſumit.

An. 68. LXVIII. *Burgundiæ Comitatum* Galliæ rex occupat, indignantibus Helvetiis & arma parantibus. *Pax* inter *Regem Galliæ* & *Regem Hiſpaniæ* menſe Majo componitur his conditionibus, ut Gallus reſtituat Comitatum Burgundiæ, & retineat urbes in Flandria occupatas. *Turcæ Candiam* urbē vehementisſime oppugnant; ſed fortius illa à præſidiariis Chriſtianis defenditur. Elector Brandebur-

burgicus *Fridericus Wilhelmus* matrimonio ſibi jungit *Dorotheam* Chriſtiani Ludovici Brunſvicenſium & Luneburgenſium Ducis relictam viduam. In Archi*Epiſcopi Salisburgenſis* nuper defuncti locum ſuccedit *Comes à Rhynburg*. *Reginoburgenſem Epiſcopatum* obtinet Bavariæ Dux, hactenus Epiſcopus Freiſingenſis. Per Belgium & Galliæ partes ſævit *peſtilentia*. Vehementes *terræ motus* nunciantur accidiſſe per Aſiam. *Conſpiratio in Petrum* Portugalliæ regentem detegitur. *Elector Palatinus* præſidia Lotharingia ex nonnullis ſuis opidis ejecit. *Fœdus* Rex Angliæ, Rex Sveciæ & Fœderati Belgæ inter ſe jungunt, quod inde *Triplex* appellatur. *Johannes Caſimirus* Poloniæ Rex regno ſe abdicat. Turcæ *Candiam* urbem multoties vehementisſimè fruſtra oppugnant. *Novus* ex Hiſpania in Belgium venit *Guber-*

mentis Holmiæ firmatur. *Paſſavium* fortuito incendio ferè totum perit. *Roſtochium* fidelitatis juramentum, ſive *homagium* jurat *Chriſtiano* Meklenburgenſium Duci. *Hiſpani* iterum invadunt Portugalliam, & nonnulla ibidẽ expugnant loca: & in his *Gurumenam, Montfortium, Ocratum, & Ugelam*: multi tamen ex Hiſpanis æſtu pereunt. Ipſe verò Hiſpaniæ Rex, ſubjecto pulvere pyrio, ferè interiiſſet. Regis *Angliæ Sponſa* ex Portugallia veniens in Angliam appellit; ibiq́ue celebrantur nuptiæ. In Gallia *ludi equeſtres* habentur magnifici. *Carolus Joſephus Archi-Dux Auſtriæ* ordinis Teutonici creatur Magiſter ſupremus. *Claudiopolis* ſive *Clauſenburgum* ab Abaffyo oppugnatur, ac diu fruſtra obſidetur: ſed ſuppetias Cæſariani ferunt obſeſſis. *Comitia Circuli Saxonici* celebrantur Luneburgi. In Anglia ſupplicio afficiuntur malefici, & nonnulli judices ex his, qui Re-

gem

gem condemnarunt. *Regiomontani* cives in Pruſsia tumultuantur. *Moſcovitæ*, Romadonofskyo duce, vincunt *Coſaccos*, qui Schmielinskyo duce obſidebant *Parcaslaviam*: ſed Moſcovitæ pôſt à Coſaccis & Tartaris viciſsim vincuntur. Mercatura in Ruſsia turbatur & affligitur propter monetam cupream. *Pletsko* grave tolerat incendium. *Ruricolæ* in Gallia rebellant. *Regis Portugalliæ mater* regimine movetur; ipſeque Rex regnum adminiſtrare incipit. *Galliæ Regis Legatus*, Dux de Crecquy à Pontificis militibus præſidiariis Romæ injuriâ afficitur, adeoque fere cum conjuge occiditur. *In Angliâ* priſca regiminis forma reducta multis diſplicet, ac præcipue Presbyterianis; qui inde non Conformiſtæ appellati: Res Eccleſiaſticæ ibidem difficillimè ſtabiliuntur. *Comitia* celebrantur *Reginoburgi*. *Polonia* infeſtatur *peſtilentiâ*

O Ro-

*Roma* terræ motu & tempeſtatibus tremit. Belgæ Fœderati cum Thunetanis etiam Piratis tranſigunt, & Angli cum Tripolitanis. Iidem *Belgæ* cum *Angliæ Rege* novum *fœdus* jungunt. In Tranſilvania *induciæ* fiunt inſidioſæ & infidæ. Galliæ Rex *Dünkerkiam* ab Anglis pecuniâ redimit: eique paritur filia, quæ tamen in hujus anni fine moritur. Arx *Leuth* à Belgis fœderatis expugnatur. *Nova conjuratio* in *Hibernia* detegitur. *Leopoldus Wilhelmus* Archi-Dux Auſtriæ 10. 20. Novembris moritur, & in fine anni *Ferdinandus Carolus* Archi-Dux Auſtriæ. Lithuanus miles fœderatus nefariè interficit Mareſchallum ſuum *Zeromskyum*; & Theſaurarium *Gonſevskyum*. Tumultus fiunt *Grœningæ* in Friſia. In *Anglia* de novis *conjuratis* ſumitur ſupplicium.

An. 63. LXIII. *Portugalli* acie vincunt Hiſpanos. *Conchinum* prius;

us; ac deinde *Cananor.* Indiæ Orientalis opida. Portugallis eripiuntur ab Hollandis. Inter *Legatos Galliæ Regis & Pontificis de ſatisfactione* agitur, ob illius Legatum Romæ injuriâ affectum. *Galli* claſſem emittunt contra *piratos Africanos. Milites fœderati in Polonia* & *Lithuania*, fœdere ſoluto, ad officium redeunt. *Turcæ* denuo invadunt *Hungariam*; obſident & expugnant munitiſſimũ opinũ *Neuheuſel*, aliaque in Superiori Hungaria occupant loca. *Dygby* Cancellarii Regii accuſator ex Anglia profugit. Marſall Lotharingiæ caſtellũ Regi Galliæ deditur. Idemq; intercipit *Avenionẽ* Põtificis urbẽ. *Tartari* populantur *Moraviam & Sileſiam. Conjuratio* in Daniæ Regem aperitur; ac alia in Anglia. *Piratæ Africani* fidem ſervant piraticam: nec fœderatorum Anglorum aut Belgarum parcunt navigiis. *Electoris Brandenburgici* ſumma-

poteſtas *in Pruſſos* ſtabilitur, eique denuo juratur. Haffniæ in Dania *Sponſalia* celebrat *Johannes Georgius III.* Saxoniæ Princeps, Electoris filius, cum Daniæ Regis filia primogenita *Anna Sophia.*

An. 64. *LXIV. Sabaudiæ Ducis*, uxor, Henrici IV. filia moritur. *Waldenſes* perſequitur Sabaudus. *Algiria* urbs Africana tempeſtatibus concutitur. *Zeckelheida*, & *Claudiopolis* à præſidiariis militibus produntur & venduntur Abaffyo Tranſilvano. *Carolus Joſephus Archidux* Auſtriæ moritur. Copiæ auxiliares Imperii cum *Serinio Comite* Turcicas invadunt provincias, caſtella quædam expugnant, *pontem Eſſeccenſem* deſtruunt & exurunt: *Quinque Eccleſiarum* opidum diripiunt: *Caniſiam* fruſtrà obſident & oppugnant. *Neutriam, Levencium* Hungariæ ſuperioris opida à Cæſarianis, duce *Suſa*, eripiuntur

tur Turcis; iidemque ac Tartari eis juncti aliquoties profligantur. In Hungaria inferiore ad *S. Gotthardi fanum* 8000. Turcarum in Arrhabonis ſeu Rabæ fluvii tranſitu à Chriſtianis militibus trucidantur; Bellum hoc *induciis* in XX annos cum Turcis factis ſedatur. Dum iſta contra Chriſtianæ Fidei & Imperii hoſtes geruntur, Archiepiſcopus Moguntinus *Erfurdiam* etiam Gallo milite obſidet, & ſub ſuam redigit poteſtatem. *Suratta* Indiæ Orientalis urbs à latronibus diripitur & incenditur: qui tamen ab Anglis & Belgis, mercaturam ibidem exercentibus, reprimuntur. Poloni cædunt & profligant *Moſcovitas*. *Galliæ* Regi naſcitur *filius*. Turcarum quoque Imperator *Mahumedes IV* *filium* ex mancipio natum ſuſcipit. *PortuGalli* Hiſpanos cædunt. *Galli* Africam invadunt & caſtellũ *Gigerium* expugnant;

ſed à Barbaris ejiciuntur. *Angli bellum* parant contra *Belgas* fœderatos, eorumque navigia haud pauca intercipiunt, & *Novam* in America *Belgicam* cum *Ambsdelodamo* novo iiſdem eripiunt: Belgæ verò *caſtellum promontario Viridi* impoſitum, ab Anglis nuper captū, aliaq; nonnulla *Aurea Gvinea* loca recipiunt. *Terræ motus* accidunt per Aſiam, quos ſentit Smyrna urbs; ac novus apparet *cometa*.

An. 65. Cum veris initio denuo apparet *Cometa*. Sereniſſimus Princeps *Chriſtianus Ludovicus* Luneburgenſium & Brunſvicenſium Dux piè obit. Moriuntur etiam *Sigiſmundus Archidux*, & Hiſpaniæ Rex *Philippus IV*. Huic ſuccedit *Carolus II.* puer. Exorto inter *Anglos* & *Belgas Fœderatos* bello pugna navalis menſe Junio ſæva admodum & cruenta committitur, majore tamen calamitate Belgarum quàm Anglorum: *D*einde hi navigiis Belgicis

gicis multis, mercibus onuſtis
tempeſtateque disjectis poti-
untur. *Monaſterienſis* etiam *E-
piſcopus* Belgis iſtis infert bellū.
*Hiſpani* ad Villam Novā à Por-
tugallis cæduntur. *Polonia* tur-
batur *Lubomirskii* cauſa. Impe-
rator noſter *Legatum* mittit Cō-
ſtantinopolin ad confirmandas
inducias, quæ cum Turcis nu-
per erant factæ. Inter *Archiepi-
ſcopum Moguntinum* & *Palati-
num Electorem* controverſiæ na-
ſcuntur.

LXVI. Initio hujus anni mo- A.66.
ritur Galliæ *Regis mater* Philip-
pi IV, Hiſpaniæ Regis, germana
ſoror. A *Galliæ Rege bellum* pa-
ratur & publicè denunciatur
*Regi Angliæ*, quod idem etiam
fit ab Anglis. *Alphonſus VI. Por-
tugalliæ* Rex matrimonium pa-
ciſcitur cum *Maria Franciſca I-
ſabella Sabauda*, vulgò dicta *Ma
dame d' Aumale*, quæ hoc anno
in regnum & domum ducitur.
Eiuſdem Regis Alphonſi mater

moritur. In comitiis *Polonicis* cauſa *Lubomirskiana* aliaq; gravamina agitantur: Regiæ copiæ cum fœderati militibus confligunt. *Ser. Principes Luneburgici* copias auxiliares contra Epiſcopum *Monaſterienſem* ſubmittunt *Belgis Fœderatis*. Bellum tamen iſtud mox componitur. Sed, quod Belgis eſt cum *Anglis*, acerrimè geritur: Claſſibus ingentibus utrinq; inſtructis in quintũ pugnatur diem, majore tamen calamitate Belgarum quàm Anglorum. Claſſe mox reparatâ ad Tameſis oſtium reverſi Belgæ, ab Anglis poſt acerrimum & cruentum prælium cum clade rejiciuntur. Hinc Angli portus obſident Belgicos & ad Flielandiam inſulam, multa *incendunt Belgarum* navigia mercibus onuſta. *Londinii* major & melior pars fortuito *incendio* perit: quam calamitatẽ ſequitur gravis *inundatio*. Nihilominus Angliæ Rex

bel-

bellum publicè etiam denunciat *Danorum Regi*; qui filiam ſuam *Annam Sophiam* in matrimonium collocat *Johanni Georgio* Electoris Saxonici filio, nuptiis Haſniæ celebratis. Sueci, Wrangelio Duce *Bremam* urbem *obſident*: verùm res illa, intercedentibus Principibus Imperii, componitur. *Auguſtus Sapiens* Brunſvicenſium & Luneburgenſium Dux obit. *PortuGalli* ab Hiſpanis cladem accipiunt, ſuorumq; aliquot millia deſiderant. *Violentiſſimæ tempeſtates* in Oceano pariter & Interno Mari multa evertunt navigia: & per Galliam ac Angliam vehementer ſæviunt. Anglorum claſſis *Barbadicis inſulis* imminens vi tempeſtatum disjecta à Gallis ſuperatur. Angliæ Rex cum ſua nobilitate, rejecto *habitu Gallico*, alium ſibi & ſuis fingit & ſumit. In *Scotia* & *Hibernia rebellantes* reprimuntur. *Pax* inter *Svecos & Moſco-*

*vitas* firmatur. *Galliæ Rex cœnobia* ingreſſuris novas præſcribit leges in recipiendis novitiis obſervandas. *Synodus* habetur in urbe *Moſcua Ruſſorum*, cui intereſt Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitani legatus. Impoſtor, qui ſe Judæorum *Meſſiam* mentitus, Mahumedanas amplectitur ſuperſtitiones. Aſiam ac præcipuè Meſopotamiam *terramotus* concutiunt. Menſe Decembri *Leopoldus* Imperator Rom. *nuptias* magnificentiſſimo apparatu, maximaq; pompâ Viennæ celebrat cum *Margaritâ* Philippi IV. Hiſpaniæ Regis filia.

An. 67. LXVII. *Inducias* faciunt *Poloni* & *Moſcovitæ*. *Tartari* cum *Coſaccis* populantur Poloniæ partes. *Pax* inter Archiepiſcopum *Moguntinum* & *Electorem Palatinum* conciliatur Heilbrõnæ. *Sabaudus* imminet *Genevenſibus*. Horribiles Dalmatiam & Albaniam accidunt *terræmo-*

*motus*, quibus urbes *Butua* & *Raguſa* fere everſæ: ad XXX millia ædificiorum collapſa & deſtructa; & XIIX hominum millia periiſſe ſcribuntur. *Veſuvius* mons exardet. *Petonia Regina*, Electoris *Brandeburgici uxor*; & *Comes Oldenburgicus* añoſus diem obeunt ſupremum. *Alexander VII.* Pontifex Romanus moritur, quum præfuiſſet annos XII; in ejus locum ſufficitur *Clemens IX.* ex Roſpiglioſorum familia ortus. *Galliæ Rex* Ludovicus IV. *Hiſpanicis in Belgio provinciis* bellum infert. & *Tornacū*, *Duacum*, *Contracum* & *Inſulas*, Germanis *Ryſſel*, Flandriæ urbes, vi ad deditionem compellit. *Tartari* denuo excurſionibus vexant & populantur *Poloniæ* provincias. S. *Archangeli* urbs Moſcovitica ad Mare Album, & *Memmelium* Pruſſiæ oppidum maritimum incendio affliguntur. *Belgæ Fœderati* claſſe ſua *Tamoſin* fluvium ingreſſi a-

liquot Anglorum naves belli-
cas exurunt. *Pax* demum inter
hoſce belligerantes & Belgarum
ſocios *Regem Galliæ* & *Regem
Daniæ* conciliatur. *Angliæ Can-
cellarius* Magnus à Parlamento
accuſatus fugit in Galliam. Tur-
cæ *Candiam* Cretæ metropolin
acerrimè oppugnant. *Portu-
galliæ Regi* Alphonſo regni ad-
miniſtratio abrogatur, atque e-
jus fratri *Petro* offertur, qui po-
ſtea ipſam etiam reginam in
matrimonium ſibi ſumit.

An. LXVIII. *Burgundiæ Comita-*
68. *tum* Galliæ rex occupat, indi-
gnantibus Helvetiis & arma pa-
rantibus. *Pax* inter *Regem Gal-
liæ* & *Regem Hiſpaniæ* menſe Ma-
jo componitur his conditioni-
bus, ut Gallus reſtituat Comi-
tatum Burgundiæ, & retineat
urbes in Flandria occupatas.
*Turca Candiam* urbẽ vehemen-
tiſſime oppugnant; ſed fortius
illa à præſidiariis Chriſtianis
defenditur. Elector Brande-
bur-

burgicus *Fridericus Wilhelmus* matrimonio ſibi jungit *Dorotheam* Chriſtiani Ludovici Brunſvicenſium & Luneburgenſium Ducis relictam viduam. In Archi*Epiſcopi Salisburgenſis* nuper defuncti locum ſuccedit *Comes à Rhynburg. Reginoburgenſem Epiſcopatum* obtinet Bavariæ Dux, hactenus Epiſcopus Freiſingenſis. Per Belgium & Galliæ partes ſævit *peſtilentia.* Vehementes *terræ motus* nunciantur accidiſſe per Aſiam. *Conſpiratio in Petrum* Portugalliæ regentem detegitur. *Elector Palatinus* præſidia Lotharingia ex nonnullis ſuis opidis ejecit. *Fœdus* Rex Angliæ, Rex Sveciæ & Fœderati Belgæ inter ſe jungunt, quod inde *Triplex* appellatur. *Johannes Caſimirus* Poloniæ Rex regno ſe abdicat. Turcæ *Candiam* urbem multoties vehementisſimè fruſtra oppugnant. *Novus* ex Hiſpania in Belgium venit *Guber-*

*ber-*

*bernator Petrus de Valaſco* magnus Caſtiliæ Conneſtablius. In Moſcua multa ædificia privata & publica *incendio* conflagrant. Moſcovitæ *Tartaros* & *Coſaccos* cædunt & profligant. *Controverſia Janſeniana* in Gallia ſedatur. *Johannes Fridericus* Brunſvicenſium ac Luneburgenſium Hannoveræ nuptias celebrat cum Henrica Palatina. *Academia* nova *Lundinii* in Scandia Regis Succiæ auſpiciis inauguratur.

An. 69. LXIX. *Palatinus* Elector Caſtellum *Falckenburg* expugnat & deſtruit. Tafiletta regno Maroccenſi & Fezenſi ſubacto Algierenſibus & cæteris ad oram Africæ urbibus imminet. In Hiſpania *Johannes ab Auſtria*, Nithardo Jeſuita remoto, cum Regina & aula regia in gratiam redit; magnamque in regimine obtinet poteſtatem. *Moſcovitarum Dux* de Græca religione cum Pontificia concilianda

con-

conſilia agitat. *Pontifex Romanus Clemens* IX, nonnullos monachorum ordines tollit; eorum reditus concedit Venetis ab bellum contra Turcas gerendum. *Æthna* Siciliæ mons horribiles eructat ignium flammas, quibus vicinæ incenduntur regiones. *Buda* Hungariæ urbs incendio ferè tota perit. Eandem calamitatem ſentiunt *Schomberga* Moraviæ & *Goteburgum* Sveciæ opidum. *Salisburgi rupes ruens* multa ædificia proſternit, hominesque opprimit. *Fridericus Wilhelmus* Saxoniæ Dux Altenburgicus moritur: *Alphonſus Portugalliæ Rex* regno nuper exutus in Terceram Inſulam fratris juſſu deportatur. *Helvetii* arctiorem coëunt ſocietatem, *Comitatum Burgundiæ* urbemque *Genevam* contra vim defenſuri. *Galliæ* Rex nobilitati ſuæ concedit poteſtatem faciendi *mercaturam*: quod alias iſtius gentis nobilibus ſine de-

detrimento dignitatis & generis fieri non licebat. Idem Rex omnes Gallos, ac inprimis *opificos* gentis ſuas qui in exteris agant nationibus ſevera commi-natione in regnum ſuum revocat, Ad eundem Regem *Turcarum Imperator legatum* mittit. In Polonia comitia habentur armata de novo Rege eligendo: ubi præter omnium opinionem ipſiusque jam electi ſpem *Rex* proclamatur *Michaël Wiesniovviecius* princeps. *Candiæ* urbi laboranti in tempore ſuccurrũt Brunſvicenſes & Luneburgẽſes copiæ auxiliares & rem ſtrenuè gerunt: his ſuccedunt *ſuppetiæ Gallorum*. Sum̃is viribus utrinq; ſtrenuè res agitur. Deus Chriſtianorum Regum, Principum & Rerumpublicarum animos ita conciliet, ut conjuncti viribus & armis inſatiabilem im̃anis iſtius hoſtis tyrannidẽ tandẽ ſupprimant, eaq; Chriſtianũ orbẽ liberent & ſecuram reddant.

*FINIS.*

# Menda typographica, B. L. ita tollat.

IN *Dedicatione lit.* a facie ult. *lin. ult. pro* CIMBRICATUM *lege* CIMBRICA tum, *lit. b. fac.* 3. *lin. penult. leg.* ſucceſſio : & *fac.* 15. *lin.* 9. *leg.* veteri Regum juri : *fac.* 16. *lin.* 8. *leg.* hereditarium : & *fac.* 19. *lin.* 3. *leg.* PERTINEAT : quodq; etiam PATRIMONIUM EX REGNO PATERNO &c. & *fac.* 22. *lin.* 1. *leg.* compelleret : & *fac.* 23. *lin à fine* 5 *leg.* ultrò tribuere voluit.

*In Præfatione lit B.* 1. *fac.* 2. *lin.* 8. & 9. *le.* certa annorum ſerie res omnes coërceat: & *l.* 3. *à fine leg.* 3. conficiendæ & ſcribendæ. *Lit. B.* 2. *fac.* 1. *l.* 8. *leg.* nuncia vetuſtatis. *B* 3. *fac.* 1. *perperam omiſſa. lin.* 8. *poſt ſcriberet add.* non ſcripſit Hiſtoriam. Et *Livius*, quamdiu vetuſta perſequutus eſt, Hiſtoriam ſcripſiſſe dicetur : at poſtremis &c. & *fac.* 2. *lin.* 8. *à fine, leg.* propterea Hiſtoria. Narratio verò *B.* 4. *fac.* 1. *lin. à fine* 8. *leg.* intelligimus tantùm res &c. *B.* 5. *fac.* 1. *lin. à fine* 7. *leg.* Dioſcorides. *B.* 6. *fac.* 2. lin. 4. *à fine deleatur*, eſt. *B.* 9. *fac.* 1. *lin.* 6. *leg.* Politica : & *fac.* 2. *lin. à fine* 3, *leg.* ad propoſitum. *B.* 10. *fac.* 1. *lin.* 3. *leg.* neceſſarium ſit, & *fac.* 2. *lin.* 5. *leg.* auſu. *Pag.* 4. *lin.* 3. *à fine leg.* Sicyonium : & *lin. ſeq. leg.* filio reliquit

liquit. *Pag.* 5. *lin.* 7. *leg.* I, M. & F. *pag.* 11. *l. à fine* 7. *leg.* Aboriginum. *pag.* 26. *l.* 4. *leg.* premi. *Pag.* 31. *l. ult. leg.* SEC. IV. *pag.* 32. *l.* 8. *l.* ſi quid forte. *pag.* 40. *l.* 6. *leg.* Cteſias. *p.* 43. *l.* 1. *leg.* auctore Nicia. *p.* 49. *l.* 3. *l.* avitum regnum. & *lin. ſeq.* militum. *p.* 49. *l.* 8. *à fine leg.* Aur. Vict. Flor. *p.* 50. *l.* 5. *l.* Evergetæ. *p.* 56. *l.* 4. *à fine l.* quem. *p.* 57. *l.* 11. *l.* Dionyſius. *p.* 58. *l.* 11. *l. Scalig.* & *l. ult. leg.* Grypus. *p.* 59. *l.* 5. *l.* calamitatum. & *l.* 3. *à fine l.* Mummius. *p.* 60. *l.* 7. *à fine l.* ambiit. *p.* 66. *l.* 4. *leg.* imperii. *p.* 71. *l.* 2. *l.* debetur. *p.* 72. *l.* 1. *leg.* Annæum Senecam, M. Annæum Lucanum: & *l.* 11. *leg.* defectionem illam: & *l. ſeq. l.* Britannorum. *pa.* 74. *lin.* 15. *leg.* quondam. & *lin.* 17. *leg.* Vitellii *pa.* 77. *lin.* 11. *leg.* lib. 3. Hiit *p.* 82. *l.* 9. *le.* in Trajano. *p.* 88. *l. à fin.* 2. *l.* parricidam. & *lin. à fine* 9. *leg.* militum. *p.* 89. *l.* 10. *leg.* in Didio *p.* 91. *l.* 4 *à fine l.* Geta. *p.* 93. *l.* 1. *l.* Victor. *p.* 94. *l.* 16. *l.* Bithynia: & *lin.* 18. *leg.* Alexandro hoc quintum nnũ imperante Artaxerxes &c. *p.* 101. *l.* 3. *à fine l.* Tyrannis. *p.* 102. *l.* 2. *à fine leg.* Sarmatas. *p.* 107. *l.* 6. *l.* in Galliam. *p.* 109. *l.* 6. *à fine leg.* extiterunt. *p.* 111. *l.* 7. *à fin. l.* Theodor. *p.* 112. *l.* 12. *l.* præfectum. *p.* 116. *l.* 3. *leg.* ſocietatem: & *l.* 7. *leg.* Chriſtiano. *p.* 117. *l.* 3. *leg.* victos. *p.* 119. *l.* 11. *leg.*

Cedre-

Cedrenus: *& lin.* 15. *leg.* octennis: *& l.* 20. *deleatur:* in Perſiana. *p.* 121. *l.* 13. *l.* Pictos: *& l.* 18. *l.* imperii. *pa.* 122. l. 4. *à fin.* l. Princeps: *p.* 124. l. 7. *à fin.* l. Eutychiana; *&* l. 9. *à fin.* l. Eutychianam. *p.* 125. l. 6. Cedrenus. *p.* 126. l. 16. l. Coſroëm; *&* l. 17. l. Totilas: *&* l. 2. *à fin.* l. potitus eſt. *p.* 127. l. 16. l. Ravennæ; *&* l. 17. appellatus: *&* l. 22. l. Alboinus. *p.* 130. l. *à fin.* l. Niceph. *p.* 136. l. 11. l. ſtatutum de conjugio clericorum. *&* l. 13. Abſtinerent modo uxoribus tempore: *& lin.* 14. l. Canones; *&* l. 7. *à fin. deleatur:* firmavit: *p.* 144. l. *ult.* l. Marianus: *&* l. 3. *à fin.* l. Regino: *p.* 145. l. *u.* l. Marianus. *p.* 146. l. 1. *l.* Scotus. *p.* 150. l. 9. *à fin.* l. alteri. *p.* 151. l. 6. *del.* V. *p.* 153. l. 8. *à fin.* l. cognomento. *p.* 157. *l.* 4. *l.* Viterb. *&* l. 5. l. Reginonis. *p.* 159. l. 6. *à fine* l. Scotus. *p.* 166. *l.* 6. perſecutus. *pag.* 168. l. 12. l. Baronio. *p.* 170. l. 15. l. necromanticum. *p.* 171. *lin. à fine* 11. *leg.* agnoſceret. *pag.* 172. *lin. à fin.* 9. l. zona ex qua. *p.* 176. l. 13. *à fine* l. Frider. *pag.* 177. l. 9. l. ſublato, Guelfo Superbi frater; *&* l. 5. *à fine* l. Rogerius. *p.* 182. l. 4. l. elevato. *p.* 183. l. 5. l. Hiſt. *p.* 184. l. 5. l. Blaſio c. 46. *p.* 187. l. 8. *à fine l.* ann. 1218. *p.* 190. *l.* 3. *à fine*, leg. quæ. *pag.* 193. *lin.* 13. leg. confirmavit; qui Rudolphum filium ſuum.

*pag.* 194. l. 12. l. Bithyniæ. *p.* 197. l. 1. l. Ludovicus: & l. 15. *leg.* ingreſſus Imperii. *pag.* 202. l. *à fine* 10. *leg.* Johanna. *pag.* 207. l. 12. *à fine* l. Octavum. *p.* 212. *l.* 2. l. Regi ſe ſubjecerunt. *p.* 213. l. *à fine* 2. l. infringendam: & l. *à fine* 7. l. Bellum Cæſar contra Helvetios. *pag.* 219. l. 5. l. annos: & *lin. ult.* l. creanti. *p.* 223. l. *à fine* 9. l. præfuit ann. 45. & Angliæ regno. *p.* 231. l. 14. l. Philippo. *p.* 232. l. 12. l. perrumpitq; ad Belgas Fœderatos, & Bergopſomum *p.* 225. l. 3. l. Vinarienſis: & l. 5. l. Moravia. *p.* 237. l. *à fine* 5. l. Sigiſmundo: & l. *penult.* l. Belgæ. *p.* 238. l. 15. l. Galliæ Regi. *p.* 239. l. 16 l. Gallaſſio. *p.* 240. l. *à fine* 6. l Dux maritimus. *p.* 245. l. *ult.* l. hibernis. *pag.* 260. l. 14. *leg.* piratæ: & l. 8. *à fin.* l. piratas. *pag.* 262. l. 3. l. hiberna.

Reliqua leviora eruditus lector facilè deprendet.

401 1468627

XXXXVI
A 44

BIBL
VI
X